~~Paed. 183 ¹/₁~~
Paed. Pr.
1599 (2
Holzinger

Bibl. Lipp. 2718.

~~Paed. 183 1/1~~
Paed. Pr. 1599 (2
Holzinger

Bibl. Lips. 2718.

R

Philologisches
Handbuch
zum
Gebrauche
der studierenden
Jugend.

Zweytes Bändchen.

Friderici Muzelii

INFUNDIBULUM

oder

praktische Wiederholung

der

lateinischen Rektion

für

Schüler der ersten Grammatik

von

Gottfried Holzinger

Prämonstratenser=Chorherrn aus dem Stifte Schäftlarn, Lehrer der Grammatik an dem Churfürstl. Schulhause zu Straubing.

Landshut 1795,

in der Max Hagen'schen Buchhandlung.

Nro. 1410.

Friederici Muzelii infundibulum: oder praktische Wiederholung der lateinischen Rektion für Schüler der ersten Grammatik. 1794.

Imprimatur.

Reichsfreyherr v. Schneider
auf Negelsfürst, Direktor.

München im Churfürstl. Bücher-Censur-Collegio den 22. October 1794.

Registr. Fol. 178.

Bayerische Staatsbibliothek München

Christoph von Schmöger,
Churfürstl. wirkl. Oberlandesregs.- und Censur-Collegii Sekretär, dann Bücher-Spediteur.

Die erste Grammatik ist nach meinem Begriffe jene Klasse, in welcher der Schüler die deutsche und lateinische Rektion sich eigen machen, einen ziemlichen Vorrath von Wörtern sammeln, die ursprüngliche Bedeutung mit den Wörtern verbinden, und den Begriff selbst, soviel als möglich, lernen soll. Zu diesem Zwecke ist mir kein taugliches Buch bekannt, als Friderici Muzelii infundibulum, wie er es nannte. In diesem ist die ganze lateinische Rektion gedrängt in Beyspielen wiederholet; da lernen die Schüler ein Paar tausend Wörter, und mit den Wörtern Begriffe — Muster der lateinischen Schreibart trifft man freylich nicht an; darum ließ ich noch etwas vom Kornel abdrucken, damit die Schüler auch römisches Latein lesen. Nach diesem folget ein Verzeichniß der Wörter, welche bald abgeleitete, bald Wurzelwörter sind; im ersten Falle setzte

ich das Wurzelwort an, im zweyten die ursprüngliche Bedeutung, die das Wort in der andern Sprache hat, woraus es entliehen ist. Kömmt diese Bedeutung Jemanden wunderlich, oder lächerlich vor, so beliebe er Vossii und Lenepii Etymologicon nachzuschlagen, und er wird mir bald auf die Spur kommen. Warum ich mich aber so sehr um die eigentliche Bedeutung bekümmere, ist die Ursache: 1. Weil die Eigenthümlichkeit des Wortes den Sinn des Satzes in das Helle setzet. 2. Weil sie eine kleine Geschichte des Fortganges im menschlichen Denken liefert. 3. Weil sie den Jüngling an Abstraction gewöhnet, Etwas, an das sich der Jüngling nicht früh genug gewöhnen kann. — — Was die lateinische Orthographie betrifft, so richtete ich mich nicht nach der Ableitung, sondern nach dem Wohlklange.

In-

Index Capitum.

Caput I. De dîverſitate Corporis humani.
— II. De diverſitate animi, ejusque propenſionibus.
— III. De eadem re.
— IV. Hujus diverſitatis teſtes et utilitas.
— V. De agricultura et architectura.
— VI. De opificibus.
— VII. Idem argumentum.
— VIII. De venatura, aucupio, et piſcatione.
— IX. De re hortenſi.
— X. De re ruſtica.
— XI. De re pecuaria et nautica.
— XII. De re militari.
— XIII. Eiusdem argumenti.
— XIV. De rebus ſcholaſticis.
— XV. Eiusdem argumenti.
— XVI. De re antiquaria.
— XVII. De eadem re.
— XVIII. De Mythologia.
— XIX. Eiusdem argumenti.
— XX. De Hiſtoria.
— XXI. De hiſtoria naturali.
— XXII. Eiusdem argumenti.
— XXIII. De geographia.

Ca-

Caput XXIV. Continuatio.
— XXV. De feminis, earumque ſermocinationibus.
— XXVI. Continuatio.
— XXVII. Continuatio.
— XXVIII. De avaris, gulonibus, et ambitioſis.
— XXIX. De theologia et philoſophia.
— XXX. De jurisprudentia.
— XXXI. Continuatio.
— XXXII. De Medicina.
— XXXIII. Continuatio.
— XXXIV. Exhortatio finalis.
— XXXV. Continuatio.
— XXXVI. Continuatio.

Appendix. Cornelii Nepotis Vitae excellentium imperatorum ſelectae.
I. Miltiades.
II. Themiſtocles.
III. Hannibal.

Mu-

MUZELII INFUNDIBULUM GRAMMATICAE LATINAE.

CAPUT I.

De diverſitate Corporis humani.

Si ſpectamus formam Numae, Pauli, Caeſăris; reperimus, quod valde diſſimiles ſint Naſī-cae, Tito, Stolōni. Haec diverſitas eſt valde bona et utilis; nam quomodo poſſemus dignoſcere Numam, Paulum, Caeſărem, o Alexander, mi care ſocie, a Naſīca, Tito, Stolōne, niſi eſſent diſſimiles forma, Naſo, mento, colore, fronte, ore, toto vultu, et facie tota, voce, geſtu, inceſſu. Cum vero genae, (*malae*) oculi, pupillae, cilia, menta, frontes, aures, oſſa, et genua, ac reliqui artus diverſi (*ſa*) ſunt; ideo facies aliae ſunt feminarum, Virorum, ſenum, aliae infantium, juvenum; nam lineamenta genarum, naſorum, narium, labiorum, mentorum, frontium, artuum, et vultuum, ac facierum diverſa ſunt. Idcirco dignoſcimus noſtras ancillas, noſtros ſervos, noſtros parentes, noſtros fratres, noſtras ſorores, noſtros ſocĕros et genĕros, noſtras ſocrus et nurus, nepōtes

et

et neptes, patruos et avuncŭlos, amĭtas et matertĕras; imo omnes homines ab aliis ancillis, servis, parentibus, fratribus, sororibus, socrĭbus, nuribus, vitrĭcis, novercis, privignis, levĭris, malis, nasis, oculis, frontibus, vultibus: alius est enim balbus, gibbosus, lippus, strabo; alius calvus, mutilus, scaevus, mancus; alius nanus aut gigas. Non volo dicere de dissimilĭtudine caeterorum membrorum, et artuum; atque adéo aliquid rari est, et notabilis, si gemini sunt similes sibi (*sui*) aliqua parte faciei, uti nec ovum ovo ita simile, ut discerni nequeat.

CAPUT II.

De Diversitate animi, eiusque propensionibus.

Verum quemadmŏdum constamus corpore et animo; sic audeo affirmare, quod differamus tantum animo, quantum corpore. Esavus et Jacobus filii Isaaci et Rebeccae erant non solum fratres, sed etiam gemini, attămen illi fuerunt dissimillimi: nam ille erat hirsūtus corpore, et amans venationis; hic vero glaber corpore, et amans agriculturae; adhaec modesti ingenii, *a*) ille autem feroci ingenio. *b*) Hoc discrimen est non tantum inter feminas et viros, puellas

et

et pueros, inter juvenes vicenarios, tricenarios; et inter octogenarios, nonagenarios, centenarios ſenes, et decrepitas anus: ſed etiam inter aequales, et eiusdem ſexus. Nam alius eſt curioſus rerum ſuarum, alius incurioſus; alius cupidus laudis et gloriae, ſtudioſus liberalium artium; alius eſt faſtidioſus omnium literarum, et imperitus artium, rudis literarum; *c*) alius contra doctus pilae et trochi, et capacior vini, quam eruditionis. Multi ſunt ſocordes, et improvidi futurorum, ac ſecuri quoque diſcriminis, *d*) etſi imminuit capiti eorum; contra ea multi ſunt anxii futurorum, timidi periculorum, ubi eſt nihil periculi (*Pericli ſyncŏpe*). Alii ſunt fidentes animorum, et interriti mortis; praecipue cum ſunt conſcii nullius facinŏris, integri vitae, puri ſceleris, vacui culpae; *e*) nam vacare culpa eſt magnum ſolatium in calamitatibus. *f*) E diverſo illi ſolent eſſe trepidi rerum ſuarum, qui noxii ſunt, et affines ſceleris, conjurationis, homicidii, prŏditionis, aut ſeditionis, ut ſtatim conticuerint, et obmutuerint, quamprimum ſunt convicti maleficii; etſi erant ferŏces linguae.

a) Modeſto ingenio, modeſtus ingenio, ab ingenio.

b) Ferox, ferocis, a feroci ingenio.

c) rudis ad literas, literis, in literis. Doctus pilam, pila.

d) ſecuri de, a diſcrimine.

e) vacui culpa, a culpa.

f) eſt magno ſolatio.

CAPUT III.

De eadem re.

Videas alios, qui prudentes ſunt reî militaris, ſed impatientes laboris, aeſtus, frigŏris; proclives ad otium, fugientes moleſtiarum. Videas alios, qui ſunt patientes laborum, aſſueti frigŏris, aeſtus, promti manu, lingua; ſed imprudentes rerum gerendarum, ſunt dubii animorum, et ambigui conſilii (*conſili ſynaerēſis*). Quin eſt videre a pueris, qui ſint futuri diligentes veritatis, amantes pacis, fugientes litium, tenaces propoſiti, potentes animi, parcentes pecuniae, et homines frugis; et qui futuri ſint impotentes animi, impotentes irae, amantes rixarum, fugaces concordiae, mutabiliores Euripo, qui ſepties reciprocatur die ac nocte; largi opum, prodigi, et profuſi bonorum, appetentes alieni, prorſus degeneres, et utiles nulli rei. Nonnulli ita ſe geſſerunt, ut dubites jure, num ſint compŏtes mentis; multi plane

ſunt

ſunt impôtes mentis, etſi pater et mater fuerunt cati (*ſyllepſis*). Chabrias clarus dux erat; ſed filius Cteſippus perditiſſimus. Hinc ſors et fortuna hominum eſt diverſa: nam dicitur ſcite, ſuae quisque fortunae faber eſt. Alii ſunt dites agrorum, pecöris, nummorum; alii egeni omnium rerum, quum quiviſſent valere a pecunia. Alii ſunt nudi veſtium, exůles et extorres patriae, expertes famae et fortunae, exſortes hereditatis, cum potuiſſent conſortes eſſe patrimonii. Multi non ſunt iidem, cum ſunt facti ditiores (*divitiores ſyncôpe*) nummorum, qui fuerant, cum eſſent pauperes bonorum; ſed ſunt toti diverſi a ſe ipſis; attamen ſaepe accĭdit, ut illi premantur a fortuna, qui ſunt inſtructi doctrina, et fecerunt nihil alienum dignitatis. Sed illi debent nihilomĭnus contenti eſſe ſua ſorte, et ferre facĭle injurias fortunae, boni conſulere omne, quidquid evĕnit illis, ſi vacui ſunt culpa, et tales poſſunt eſſe beati; non enim alius eſt beatus, niſi bonus.

CAPUT IV.

Huius diverſitatis Teſtes et Utilitas.

Teſtes et exempla non ſunt opus *a)* ad probandam diverſitatem ſtudiorum, et poſſem ſuper-

ſuperſedere labore producendi teſtes; tamen non erit moleſtum audire quosdam: Teſtor te, o Numa, Anchiſe, et te Aenea, ſate Anchiſae. Teſtor vos etiam Plaute, Terenti, Cai, Vultei, et quotquot unquam vixiſtis! Tu delie vates ſuffragabĕris mihi, te Cicero, appellate princeps eloquentiae, juvit eloquentia; te Socrătes oblectavit philoſophia; tu Diogenes laertie ſcripſiſti vitas philoſophorum; tu Pari, fili Priămi, Coluiſti juſtitiam; ideo deae conſtituerunt te arbitrum; *b)* tu Sappho panxiſti verſus, *c)* tu Atla inventor es aſtronomiae; tu Melampu praeclariſſime medicorum *d)* intellexiſti voces avium, *e)* et querēlas animalium, et noviſti vim herbarum; tu Amphīon moviſti ſaxa cheli tua, vel chordis (*nervis*) chelyos; tu Orpheu inhibuiſti curſum amnium lyra (*curſus inhibĭtus*). Atque tot et tam diverſa ſtudia non ſunt damnoſa, quatenus abſunt a vitio; uti non eſt perniciosſum tellūrem non eſſe eandem: nam Gallia eſt aptior viti; Anglia magis idonea farri, (*ad far*) alia eſt ſterĭlis frugum, (*fru-ibus*) ſed fecunda auri, argenti, aeris, quod cadmia tinctum facit orichalcum, plumbi, vel alius ſucci foſſĭlis, (*mineralis*) v. g. aluminis, argenti vivi, nitri, et aliorum metallorum, et ſemimetallorum (*auro*, *argento* &c.). Alia profert umbro-

broſam fagum, arduam populum; alia gignit durum acer, alia ſuber (*ſuberum*), quod (*quae*) ſuppeditat nobis cortices ſubereos occludendis ampullis; alia profert procēras quercus, robŏra, et ilices duras, celſas pinus (*pinos*) et abietes; alia ferax mollis et lenti ſilĕris (*ſilĕre*); alia fertilis acutorum dumorum, opācae alni, amnicŏlae ſalicis, altae tiliae, aut betŭlae; Libānus profert cedros, quas nullus coſſis roſit. Sed potius varia ſtudia ſunt utilia; nam ex his diverſis ſtudiis tot artifices et opifices orti ſunt; nec incredibile plures eſſe orituros inter eos, qui jam nati ſunt, aut adhuc ſunt naſcituri (*naſcendi*). O Deus optime, maxime, tu bene conſuluiſti humano generi, (*bene conſultum eſt a te*) cum indidiſti hominibus tam diverſa ſtudia (*indita ſunt*); nae absque eo eguiſſemus (*indiguiſſemus*) multis rebus, quibus caruiſſemus non ſine magno incommŏdo.

a) Non eſt opus teſtibus et exemplis.

b) Arbiter es conſtitutus a deabus.

c) Verſus pacti ſunt.

d) Inter medicos, ex medicis.

e) Intellectae ſunt.

CAPUT V.

De agricultura et architectura.

Propter hanc propenſionem arator junxit boves (*bubălos*, *tauros*) aratro; rexit aratrum buri (*bura*) et ſtiva; proſcĭdit terram acuto vomere, et fecit ſulcos. Ut autem ager eo fertilior eſſet, antea, uti et novāle, fimo, ſcarabaeorum ſeminario, ſtercoravit; ſparſit ſemen, inoccavitque occa, meſſuit falce meſſoria maturas fruges; collegit manipulos mergis, et mergĭtes colligavit tomicibus. Foeniſĕca deſecuit gramen in prato falce foenaria, collegit raſtris, inde furca plauſtris ingeſſit. Tritor flagello excuſſit grana ex ſpicis (*ariſtis*, *glumis*); olim tribŭla *o*) uſi ſunt, cui boves junxerunt. Purgavit ſiliginem ab acere colonus, ſepſit agros virgea ſepe, aut viva ſepe. Fabri quoque lignarii (*materiarii*) exſtiterunt, qui ceciderunt (*ſuccĭderunt*) procēras arbŏres, diffiderunt cuneo, aut ſerra; diſſecuerunt craſſos ſtipĭtes (*truncum*) inquadratas trabes (*quadrata tigna*) et refecerunt vetera aedificia, fulſerunt muros (*parietes*) columnis, qui ruiſſent, aut ruituri eſſent (*ruturi*, *corruturi*); fabricarunt domos aptas habitationi ad amuſſim et canŏnem (*normam*), uti architectus delineavit. Ante januam (*oſtium*, *fores*)

fores) domus patet veſtibulum (*adĩtus*) ; janua habet limen, ac ſuperliminare, et utrinque poſtes; in cardinibus janua pendet, et clauſtro (*ſera*) aut peſſŭlo (*obice*) obſeratur. Extrinſĕcus appārent feneſtrae cum valvis, cancelli (*clathri*) maeniana (*podia*) pergŭlae et ſuggrundae. Tecto adhaeret ſtillicidium; locus ſine tecto ſubdiale dicitur; in tecto ſunt coronĭdes. Per ſcalas (*gradus*) vel cochlĭdes aſcenditur in ſuperiores contignationes. Domus autem in varia Conclavia diſtinquitur, ut ſunt, atrium, hypocauſtum, camĕra, cubiculum, coenaculum, muſaeum, quorum lacūnar (*laquearia*) aut tabulatum, aut fornicatum (*ta*). Sub tecto eſt ſummum tabulatum, granarium, foenĭle; in area puteus et ſtabŭlum, aliquot orgyias, vel ſaltem pedes ſub domo cella, ubi vaſa in ſuggeſtibus reponuntur. Fabri murarii ſtruxerunt muros ex cocto latĕre, et junxerunt novo rudere (*caemento*), pro quo olim uſi ſunt pice et reſĭna; trullam tenentes manu illiverunt (*illinerunt*) calce macerata; tegularii texerunt domus cocta *to*) imbrĭce (*tegula*) nonnunquam teguntur ſcandŭla.

CAPUT VI.

De opificibus.

Fabri ferrarii et ſerarii cuderunt ſuper ferream incūdem curvos ligones ad paſtinandum vineas (*cuſi ſunt ad paſtinandas*) ferreos harpagones, quibus olim corripuerunt naves in proelio navali; ferreas claves, ferreos cardines, cultros ex optimo chalybe, et alia ferramenta, ut volſellas, terĕbras, ſecūres, dolăbras, runcīnas. Sufflaverunt ignem folle, quem Anacharſis invenit. Cotiarii acuerunt obtuſas forcipes, et forfices, et alia hebetia inſtrumenta in dura cote. Nec arcularii defuerunt, qui confecerant commŏdos abăcos, ciſtas viaticas tectas pelle, a pellione emta, ligneas ſubſcūdes ad oaſſandos aſſeres, (*das tabulas*) varias ſtriges, et ſtrias in columnis; Tornatores, qui torſerunt candelābra, dentiſcalpia, auriſcalpia; ſtannarii, qui torſerunt ſalīna; coriarii, qui praeparabant corium; Zonarii, qui confecerunt Zonas; figuli, qui refecerunt fornāces, finxerunt fictĭles lances (*catinos*) pocŭla fictilia, urceŏs, lagēnas (*ampullas*), ollas; pileorum artifices, qui confecērunt pileos caeruleos, leucophaeos (*cinereos*), flavos (*luteos*), atros (*nigros*), rubeos (*puniceos*), virĭdes, fuſcos. Semper quoque fuerunt ephippiarii,

carpentarii (*carrucarii*), qui fabricarunt carros et currus, rhedas, lectīcas, et trahas, rotas, et novos axes, temones, et ſufflamina; caminorum purgatores, qui curabant focum, et purgarunt camīni fauces; reſtio torſit cannabinum (*nam*) funem (*laqueum*), reſtim cannabinam, craſſum rudentem. Vietor vievit dolia, et cinxit vaſa circŭlis, et adegit eos lignea ſtude (*ligneo tudite*); vindemiator autumno tutŭdit uvas clava in cupa, et expreſſit ſuccum. Chaleogrăphus exhibuit Typos (*literas*) Typogrăpho ad imprimendos libros, quos impreſſos vendidit bibliopōla. Bibliopēgus compēgit libros, et voluminis tegĭni (*dorſo*) affixit titŭlum. Infector (*tinctor*) tinxit pannum purpureo colore, florĭdo aut auſtero. Pictor pinxit raras icōnes penicillo in tabula (*tela*) ſuper plutĕo ſiniſtra tenens orbem pictorium, in quo pigmenta apparent, quae a tironibus in marmŏre teruntur. Sculptor (*ſtatuarius*) caelo ſculpſit ſtatuas, ſcalptor ſcalpſit in cupro; aurifex caelavit auro figuras; linteo (*textor*) texuit linteum, pollinctor pollinxit cadavera.

CAPUT VII.

Idem argumentum.

Ex hoc inſtinctu metallicus effōdit, et eruit metallum ex fodīnis; iſartor ſarſit veſtes, et ſapone eluit macŭlas, quod alias fullōnis officium eſt; farta ſunt ab eodem femoralia (*braccae ſartae*) ad ſuras usque pertinentia; ſutor conſuit ſubŭla calceos, ocreas, calĭgas, et crepĭdas. Coquus coxit cibos, et condivit aromatibus; frixit alios in ferreo lebēte, aut fictĭli ſartagine, aut torruit in craticula, et affixit carnem verŭbus. Fartores farſerunt farcimina, apexăbōnes, botŭlos, et hillas. Caupōnes juſſerunt modo rei domeſticae curatorem, ut hoſpites perhumanĭter hoſpitio (*caupōna*) excipiat; modo pocillatōrem, ut vinum muſtum, hydromēli, aut vinum aduſtum afferat; modo janitorem monet, ut cubicŭlum aperiat hoſpiti; mox praecipit coquo jentacŭlum aut merendam curare, mox mediaſtīno (*ſtabulario*), ut curet avēnam verēdis, quantum rhedarius popoſcerit. Molĭtor moluit frumentum; olim vero piſtor pinſuit ador, aut frenduit lapide, et crevit farīnam a ſuo furfŭre cribro; poſtea nudis ad cubitum usque lacertis (*brachiis*) ſubēgit farinam, finxit panes, et coxit in candente furno. Zytho-

thopaeus coxit ex hordeo potum, qui cerevifia vocatur; quafillarius deglupfit falignas virgas, ex quibus texuit corbes mefforias, et vannos pabulatorias, quibus fervi vannant avēnam. Alii fecerunt raros et denfos pectines, quibus pexuimus crines noftros, et depexuimus lendes vivas cum pediculis; alii fuerunt curfores, et praecurrerunt dominos fuos (*is fuis*); alii fuerunt cantores, et praecinuerunt voce vibriffata, alii faepius moram, quam toxos numerabant, et tota ecclefia recinuit voce acuta, media, fub grăvi, aut gravi (*ima*) ad numerum cantilenas pias. Alii fuerunt pfaltriae, qui pfallerunt in pfalterio; citharoedi cecinerunt cithăra; alii fuerunt balneatores et tonfores, qui non folum totonderunt barbam, et meffuerunt capillos, fed etiam pollicis, indicis, et caeterorum digitorum ungues amputarunt. Alii aliud fecerunt, omnes tamen contulērunt operam fuam in commune.

CAPUT VIII.

De Venatura aucupio, et pifcatione.

Plerique prodiderunt etiam ingenium fuum fermonibus, dum quisque loqui amat de eo, quod tractat. Venator loquitur de cane fuo (*fua*) tam celĕri, ut anteverterit celerrimas (*celerif-*

 fimas)

ſimas) feras (*feris*), ſive ſit celer lepus, ſive celeris cerva, aut aliud celere animal; quod tetenderit caſſes apro; enumĕrat, quot capreas capreŏlas, quot pavĭdos lepŏres, quot timidas damas (*timidas*) confixerit; quot meles abditas effoderit, quot ſimios et crinaceos ceperit. Narrat, quanto diſcrimine confecĕrit ferōcem leonem, ſaevam tigrim, maculoſum (*ſam*) lyncem, villoſum urſum, qui linxit mel, et lambit, ſcabit que vulnus. Sermo aucŭpum eſt de volŭcre, ejusque roſtro, plumis, penna et cauda; loquitur de aucupio, quando captura eſt falconum, ardearum, ciconiarum, tetraonum, turtŭrum, vultŭrum, accipĭtrum, quando captura delicatorum perdīcum (*delicatarum*) joniorum attagēnum, et aliarum volucrum (*crium*) quae migrant ſolum; ubi tetenderit rete ſuum recto amĭte; quomodo illexerit per illĭces et eſcam (rubros unedōnes) et ceperit turdos, corvos, fringuillas, acanthīdes, picas, gracŭlos, monedŭlas, et alias (*os*) alites. Piſcatores narrant de ingenio piſcium, eorumque pinnis, ſquammis, ſpinis, branchiis, roſtris; qui piſces capiantur die, qui nocte (*diu*, *noctu*, *per diem*, *de die*) quot lucĭos, cyprīnos, anguillas, pereas, ſalmōnes, tineas, trutas (*tructas*); quot delphīnes (*os*), quantos acipenſĕres, quantos acos,

acos, quantos mugĭlēs cepurrit. Narrat etiam de reti, quod in mari non duret, niſi ex cannăbi factum ſit.

CAPUT IX.

De re hortenſi.

Olitor laudat raritatem florum ſuorum, lilii heliotropii, calthae et primŭlae veris; laudat odorem roſmarini, viŏlae, roſarum, quod in roſeto fragrent; ex quibus floribus ſeruerit ſertum; quibus areis ſeverit ſuos ſiſĕres (*ſiſer ſuum*), ciceres ſuos, atriplex ſativum, lactūcam, raphănos, anēthum, anīſum, apium, et rumĭcem acĭdum. Laudat uſum tenerorum caulium (*petiolorum*) uſum pulpae, nuclei, et putaminis; praedicat utilitatem cytĭſi tam ſativae, quam ſuae ſpontis; quod ejus frutex ſit bonus ovibus, capris (*haedis*) et caprabus, et apibus, ut affirmant opilio, caprarius, et apiarius. Oſtendit etiam cappăres ſuos (*cappar ſuum*). Mox transfert ſermonem in ſeminarium et narrat, quibus ſtirpibus inſeverit ſurculos, qui inoleverint in altos ramos, quae mali, quae piri, cerăſi protulĕrint praecocia poma; quod decerpſerit maturrima (*maturiſſima*) poma, et legerit caduca. Quando gelavit vere, narrat, quod timuerit (*metuerit*) gelu malis citreis, auran-

rantiis, lauro, fico (*laurui*, *ficui*), nuci, prunis, poſtquam frondnerunt, quia alſioſae ſunt. Quod amygdălus *la*) protulerit multa amygdăla (*las*); tum queritur, quod ventus evellerit humo arbŏres ſatŭras pomis (*pomorum*); quod limāces, cochleae, et formīcae tenĕras plantas, erūcae arborum folia arroſerint; quod foderit depreſſos *as*) ſcrobes, et depanxerit arbuſculas, ac fixerit propagines vitium in locum earum, quae exaruerunt, et emortuae ſunt.

CAPUT X.

De re ruſtica.

Quando villicus eſt domi ſuae, aut alienae, aut rure; quando rure domum, aut domo tendit rus, loquitur de rebus ruſticis, agris, arvis; de bubīli, equīli, ovīli, praeſepi; de duobus bubus maxime egregiis ad opus; de equis et equabus, de pullis equĭnis (*hinnulis*) aſinis et aſinabus, de mulis et mulabus. Meſſor loquitur de ſemente *ti*), quod culmi promineant terra; tum de jugeris (*jugeribus*), aut quantum frumenti æſtate meſſuerit, quod mergites condiderit in horreo, quomodo corpus manaverit ſudōre. Mox queritur de damnis murium, quorum tanta copia foret, ut ne centum

qui-

quidem feles omnes capere poſſent; de damnīs glirium, talparum, búfonum, et gryllorum; quod noxii glires, et mures arroſerint et adederint frumentum in granario; quod tardus limax ſegĕtem depaſtus ſit, ſpiſſa grando ſtraverit eam, aut hiems noxia fuerit propter raritatem nivium; quod non meſſurus ſit, uti ſementem fecit. Affirmat tantum interire in re familiari, quantum redit, ut vix poſſit pendĕre annuum canōnem. Subulcus laetatur re familiari (*rem, rei familiaris*), cum porca peperit multos porcellos; ſi nefrendes opimatae ſunt quernea glande; bubulcus, ſi vituli et agni bene reſponderunt, quos ſubmiſit; apiarius, cum multa examina apium (*apum*) repoſuit in alveari; hoc inſectum nobisdat mel dulce, et ceram.

CAPUT XI.

De re pecuaria, et nautica.

Opilio ſeruit ſermones de ovibus, quando totonderit, ubi paverit eas; ut vervēces pinguefacti ſint. Tum commemŏrat, quomodo defenderit oves a lupis (*defenderit lupos ovibus*), quod lupus diſcerpſerit opīmum vervēcem (*arietem*), quod eripuerit, et exſculpſerit praedam leoni eſurienti. Nautae exponunt pericula ſyrtium,

tium, quas funt praetervecti, et nominant naves (*fcaphas*, *lintres*, *rates*, *claffem*) quae fidērunt et merfae funt. Alius mirabundus commemŏrat gravitatem tempeftatum, quas nemo praevidit (*profpexit*), de ftridore rudentium, de faevo turbine, quo malus fractus eft, de fluctibus, qui feriebant modo puppim (*em*) modo proram, et roftrum, et opreſſerunt totam navem. Tum narrat de flamminibus, quod flamina fuerint mox fecunda, mox contraria; de faevo Borea (*aquilone*), de ficco curo, de humido auftro (*noto*), de pluvio zephyro; ornithiae et etefiae non funt intacti illis. Remiges narrant de fua trirēmi, qua diftributi funt per tranftra, curfitarint per foros, expanderint vela, et velis paffis (*panfis*) vecti fint. Mox remis propulerint triremem, obfecuti fint ventis; mox legerint (*raferint*) litus, mox jecerint ancŏras, mox appullerint ad continentem, donec tempeftas defaeviit; quomodo gubernator rexerit clavum, ne alliferit navem ad fcopulos, nec inciderit in charybdim (*in*) ac fcyllam, aut alium rapidum vorticem, fed collocaverit navem falvam in portubus (*portibus*).

Ca-

CAPUT XII.

De re militari.

Miles facit mentionem vulnerum, quae accepit manu dextra, ſiniſtra, fronte ſua, ſincipĭte, occipĭte, et adverſo corpore, aut averſo (*a tergo*), cum dimicavit in primore *i*) acie, cum conſcendit moenia ſcalis, poſtquam tuba (*buccĭna*) clanxit tubicĭnis, aut ſignifer praetulerit ſigna, aut tympanotrĭba rotavarit ſonum. — Centurio oſtentat obductas cicatrices; narrat quot ſtipendia meruerit, decem, viginti; quoties periclitatus ſit vita. Subcenturio commemŏrat, quantum malorum pertulerit (*perpeſſus ſit*), quod ſub dio pernoctaverit, in duro ceſpite cubuerit, ſine ullo gauſăpe et ſtramine frixerit et alſerit; narrat, ut tremuerit volo (*voluntarius miles*) toto corpŏre et omnibus artubus (*corpus et artus*), et rapo *a*) ac varia radīce victitarit multos dies (*multis diebus*), et reſtinxerit ſitim aqua turbida, eoquod lixa (*nundinatores caſtrenſes*) non haberent, quod venderent. Tribūnus militum gloriatur virtute ſua, ut torſerit bipennem in hoſtes, quot diſſecuerit hoſtes acinăce ſua a ſummo vertice, aut confoderit cuſpide ſua (*gladii lamina*), mucrone ſuo, aut pugione ſuo; aut lancea, haſta, aut

aut machaera, quod trajecerit ſclopo. Narrat, quo pacto praefectus armamentorum adjecerit tela in hoſtem tenſis arcubus, aut exploſerit bombardas tormentis bellicis, et confixerit globis, proſtraverit humi (*in humum*) ſpoliaverit exſangues, et exanimes pariter ac ſemianimes, et proſtratos humi. Dux (*imperator exercitus*) meminit cladium, quas edidit per hoſtem; quoties aperto Marte conſeruerit manus cum hoſte. Imperatoris legatus meminit, quod caverit ſuo capiti ferrea caſſide (*galea*), et pectori aeneo thorāce, aut clypeo (*lorīca*); quomodo duxerit copias ſuas per avia (*ellypſis loca*) ſaltuum (*ſylvarum*, *nemŏrum*) per anguſtos calles (*tramites*) trans ardua montium, rupium (*trans arduos montes*).

CAPUT XIII.

Ejusdem orgumenti.

Dux equitatus narrat, quod circummiſerit equites circum montem luna pernocte; exhortatus ſit militem pauca pro tempore, oppreſſerit hoſtem incautum, ſuſtulerit clamorem; equites concitarint equos in hoſtem calcāri ſuo; expāvefecerint equitatum, ut vix potuerint exuere equis capiſtros, et induere frena, ut capeſſiverint fugam nudis equis, deſeruerint peditatum.

Nar-

Narrat, ut conciderit plus tertia parte peditum; ut temperarit ſuperatis hoſtibus, qui ſe dediderunt; ut caeſo duci detraxerit opīma ſpolia, diripuerit ditia caſtra, circumtulerit arma victricia, compleverit omnia pavore, liberaverit patriam ab interitu, et demſerit civibus omnem metum obſidionis. Tribuni vicarius narrat, quod obſederit munītas urbes et arces; aggeſſerit aggĕres, tormentorum ſuggeſtus, propugnacula, et valla; foderit foſſas et cunicŭlos; quaſſarit moenia ariete; popoſcerit obſīdes; potitus ſit urbe (*ſub ditionem ſuam redegerit urbem*) et everterit eam, aut impoſuerit praeſidium urbi (*praeſidium ſit impoſitum*, *ſyncŏpe*). Mox narrat, quod expugnatio urbis ſteterit multo ſanguine; quot amiſerit et deſideraverit de primanis, ſecundanis; quod ſuppleverit legiones accenſis; quod jndex bellicus praeiverit ſacramentum tironibus; ineunte vere decurio exercuerit, et praeſtruxerit Marti, et exeunte vere recenſuerit; quod caſtrorum praefectus loco idoneo fixerit (*poſuerit*) caſtra, incurſaverit hoſtĭcum agrum ſtatione hoſtīli tenus, imo caſtrorum tenus; quod omnia diripuerit pone caſtra, ceperit captivos, imperaverit (*juſſerit*) tributum ac pabulum civi et ruſtico; propius hoſti moverit, intercluſerit commeatum hoſti; prope amnem conſederit, arcu-

arcuerit (*prohibuerit*) hoſtes tranſitu audito, hoſtem adverſus ſe tendere; quod dupplicarit ſtationes, cum nunciaretur hoſtis adventare trajectum copias *a*) tandem quod devicerit hoſtes, pactus ſit inducias menſis unius, plurium, quibus legibus pacem dederit.

a) Ad trajiciendum, as copias, trajiciendi cauſa.

CAPUT XIV.

De rebus ſcholaſticis.

Diſcipůli quoque ſaepius coram ludimagiſtro, cum circumſpexit, et avertit oculos alio, garriunt in ſchola de rebus ſcholaſticis, quae in claſſe ſua geſta ſint, quo ordine ſint collocati in proximo certamine; nunc colloquuntur de papyro, ubi et quanti optima papyrus venalis; quod priſci eam ex biblo egyptiăca (*co*) contexuerunt; quanti ſcalprum ſteterit (*conſtiterit*); quis condiſcipulorum (*ſcholaſticorum*) ſit peritiſſimus aptandi et acuendi calămos; nunc colloquuntur de ſuo hoſpite, nunc de ſodāli, quod digreſſus ſit, et divulſus, ac reliquerit magnum deſiderium ſui. Mox narrant ſcholarum Rectorem deleviſſe, et expunxiſſe degenerem albo ſtudioſorum; quia reſpuit et deflavit omnes admonitiones, cum ſaepe abfuerit ex claſſibus, ſtre-

ſtrepuerit inter docendum, quotidie faceſſiverit negotium (*moleſtias*) clam profeſſore; oppoſuerit pignŏri libros, aut venumdederit, illuſerit et inſultaverit praetereuntes, laceſſiverit ſodales conviciis, inceſſerit lapidibus, ſpuerit in faciem, impegerit (*inflixerit*) alăpas, eructaverit more agreſtium (*inurbanorum*), indocĭlis ſemper ferociverit inſtar equi indomiti, et intractati. Narrant, quod iratus fuerit, aliis ſuccenſuerit, qui oſcitantes non auſcultaverunt magiſtrum (*ſtro, non obedierunt, qui ſurdierant*), non attenderunt explicationi (*nem*), riſerunt inter precandum (*ſub precibus*), confabulati ſunt cum confeſſoribus. Mox narrant, quomodo corripuerit eos, et vapularint praeſentibus omnibus (*in praeſentia omnium*) et accuſarit negligentiam eorum, quod graviter invectus ſit in alios, qui eum onerarunt mendaciis, quod per apparitorem ſcholaſticum (*pedellum*) animadverterit ſcipione in laſcivos, et coercuerit (*compeſcuerit*) laſciviam verbere; quomodo minatus ſit omnibus, quod *a*) coerciturus ſit eos verberibus, relegatione, ſi perrexerint abuti bonitate ſua.

a) Se coerciturum eos — fore, ut coerceat eos, a ſe coercitum iri — coercendos eſſe.

Ca-

CAPUT XV.

Ejusdem argumenti.

Contra quibus laudibus extulerit comes (*mites manſuetos*) qui ſunt bonae indŏlis (*morigĕri, generoſa indole*) qui abhorruerunt ab omni petulantia, qui experrecti ſunt ſummo mane, ſurrexerunt ante lucem (*auroram*), elicuerunt ignem ex acuto *a*) ſilice (*pyrīte*), quem deinde igniarium fomite repletum excepit; qui incenderunt candēlam, ſedentes in angŭlo penſum repetiverunt per ſemihoram, ſeſquihoram, horae quadrantem, quod praedidicērunt veſpere; qui elaborarunt thema, et vitarunt errores, ſoloeciſmos, barbariſmos; edidicerunt ad verbum praecepta grammaticae, logicae, rhetoricae (*ces*): pertractarunt locos (*loca*) rhetoricos, qui agunt de inventione, et ſchemăta rhetorica, quae inſerviunt exornando orationem (*ndae orationi*) qui imitati ſunt periodos ciceronianas ad praeſcriptam methŏdum, excerpſērunt ornatas phraſes, et digeſſērunt eas ordine ſuo, impleverunt pugillares ſuos (*pugillaria*) obſervationibus, nempe quae verba obſoleverint, quomodo dialectus attica diverſa ſit a dialecto jonĭca, aeolĭca, dorĭca, quae ſint propriae, quae impropriae diphthongi; qui obſervarunt, quae ſit virtus

epus

epus; quod epos Virgilii ſit elegantiſſimum (*praeclariſſimum*) omnium (*inter omnia*, *ex omnibus*) poſt Homērum; qui ultro verterunt germanice (*tranſtulerunt in linguam germanicam*) partes elegantiores Aeneidis (*dos*), qui fabulas Metamorphoſis (*eos*) comprehenderunt (*comprehendēre*), qui non minus aſſidue verſarunt biblia, illum ſacrum codĭcem, et ex libro geneſis (*ios*, *eos*) caeteriſque annotarunt in margine, quae notatu digniora de Adamo, Abrahamo, Moſe, Saule, Davīde, aliisque explicata ſunt; qui nusquam abierunt praeceptoribus inſciis, et imprudentibus (*ingratiis*, *aut invitis*) quibus (*queis*) dies nullus *a*) ſine linea abivit, imo ne una quidem hora diei. Narrant, quod tales propoſuerit aliis exemplo (*imitandos*) et adhortatus ſit alios ad aemulandum illos.

CAPUT XVI.

De re antiquaria.

Verum ex hac propenſione animi multi incubuerunt non tantum literis (*in*, *ad*), ſed etiam alius aliud ſtudiorum genus ſecutus eſt, atque ſermones eorum ſapuerunt diſciplinas, quibus ſtuduerunt. Alios juvit ſtudium antiquitatis, qui

erurerunt res, quae fuerunt fere obrūtae vetuſtate (*obliteratae*). Illi oſtenderunt triſte eſſe, et non laetum, quia fuit ſignum caeſorum in acie; Romam condĭtam eſſe a Romŭlo, et nomen inditum eſſe ab eo, et fuiſſe augurio ſuperiorem fratre Remo, cum vidit duodĕcim vultūres in collatino colle, hic tantum ſex, quia incertum erat, uter eſſet major natu, et uter minor natu; quod frater Remus ab eo caeſus (*enecatus*) ſit per celĕrum tribunum (*praefectum*) propter violationem moenium, dum per contemtum tranſilivit moenia, quae circumdĕdit urbi (*quibus circumdedit urbem*); quod conſul ſederit in ſella curūli; quod duodĕcim lictores praetulerint ipſi totidem faſces virgarum cum ſecūri, quando de palatio tranſiit ad curiam per platēas. Agunt de duumvĭris, triumvĭris, decemvĭris, de poteſtate et munere duumvirorum, triumvirorum, decemvirorum: hi creati erant legibus petendis Athenis ex graecia. Agunt de tribŭbus, in quas Roma deſcripta fuit a Romulo; de tribunis plebis, quod imminuerint auctoritatem ſenatus; de ſenatus conſultis et plebiscitis, quod ſenatus injuſſu plebis non temĕre ſcivĕrit leges aut ſenatus conſulta. De Aedīli *e*), quod cura publicarum aedium, verbi gratia academīae, armamentarii, xenodochii,

ouſo-

nosocomii, porticuum publicarum ipsi delata sit; de feciale, quo ritu percusserit foedera (*icerit*, *feriret*); de legione, quod complexa sit quattuor (*quatuor*, *diplasiasmus*) millia peditum (*quater mille pedites*) interdum quinque, imo sex millia peditum praeter trecentos equites, contra in phalange macedonica erant octo millia virorum (*virum*). Agunt etiam de chlamyde, qua imperator se amicivit (*amixit*); de balteo, quem (*quod*) gestarunt olim, pro quo hodie cingulus (*um*) receptus (*um*), quo accinxerunt ensem suum lateri sinistro; quo pacto quondam instruxerint aciem, commiserint pugnam, clauserint urbes operibus, admoverint turrim (*em*) ligneam, longa trabe praefixa capite ferreo arietis labefecerint muros, et patefecerint urbes ruina; de ludis et agonibus, quos instituerint; de pari gladiatorum, quo ritu composuerint (*commiserint*) eos, quomodo batuerint rudibus; de rude, quam donabant pugili in signum missionis, qui saepius fuisset superior pari suo. De veste, qua impuberes induti fuerunt; de toga virīli, qua puberes vestiti fuerunt; de diademâte regio (*diadema regia*) et tiara phrigio (*ia*).

CAPUT XVII.

De eadem re.

Illi explicarunt etiam faſtos (*faſtus*) Romanorum, qui dies faſti aut nefaſti ſint menſe martio, aprili, majo, quintīli, ſextīli, ſeptembri, octobri, et ita porro, quid quarto, tertio, ſecundo (*pridie*) calendas (*ante calendas*) quid ipſis calendis decembribus, januariis (*januarii ſcil. menſis*) facere ſueverint; quid poſtridie calendarum faciendum (*faciundum*) eſſet; quod nunc decimus tertius, nunc decimus quintus (*tertius*, *et decimus*) appellatus ſit idus; uti etiam nonae ſunt diverſae ab idibus, quod in aliis quintus, in aliis ſeptimus dictus ſit nonae. Obſervarunt, quid pridie nonarum, iduum, et poſtride nonarum, et iduum gerendum eſſet. Hebdomas diſpartita erat in ſeptem dies, quorum prima (*us*) ſacra erat ſoli, vocabaturque dies ſolis (apud nos dies dominica); ſecunda lunae dedicata fuit; ideo dies lunae audit; tertia Marti, dies Martis; quarta Mercurio, dies Mercurii; quinta Iovi, dies jovis; ſexta Venĕri, dies Veneris; ſeptima Saturno, dies Saturni, apud Iudǣos Sabbathum. Uti vero Romanis dies alii faſti, alii nefaſti erant; ſic et nobis, qui Chriſtiani nomen profeſſi ſumus, dies profeſti, et feſti ſunt, exempli gratia: Dies nata-

natalis Christi, quae incidit in octavum ante calendas januarias, festum circumcisionis domini, quo novum annum auspicamur, festum paschătis, et *P*entecostes; hebdomade sancta, nempe die coenae Domini, Parasceve, et Sabbatho sancto memoriam mortis dominicae agimus; die cinĕrum frons aspergitur cinere, et inchoatur quadragesima; mense decembri celebramus adventum Domini; quaternis jejunii temporibus jejunamus; diebus saturnalibus indulgemus lautius genio nostro; item encaenia (*dedicatio templi*) tempus plerumque liberioris laetitiae. Sed redeamus ad studiosos antiquitatis. Illi exquisiverunt, quibus ritibus olim natalis esset celebrandus; quo ritu sepeliverint defunctos, aut potius combusserint, postquam humeris extulĕrint cadavera; quod reliquos cineres condiderint in urna cum reliquiis cinerum combustorum; de lugubri veste, qua luxerunt defunctos; da praeficis, quae mortuos defleverunt, et planxerunt; de siticinibus, qui soliti sunt canere naeniam. Agunt etiam de moneta, quod olim pecuniam pependerint per libripendem, quod denarii valuerint decem assibus (*asses*), et fero tanti, quanti drachma, nempe tribus grossis (*grossos*); quod sestertius valuerit duobus assibus et semisse; sestertium est mille sestertiorum

nummorum. Agunt de poenis, quas luerunt qui convicti essent furti (*de furto*), peculatus, et repetundarum, et damnati duppli, quadrupli. De forma crucum, quibus affixerunt servos rebelles. Egerunt etiam de auguribus; quomödo illi ex volatu avium (*alitum*) et cantu oscinum praedixerint futura; quod censuerint cornicem inauspicatam, bubonem dirum (*am*), uti etiam striges inauspicatae putabantur. Explicarunt, quid vulpes et canis portenderint, si occurrissent,)*obviae fuissent*), si repente (*praeter opinionem*) tonitru auditum esset (*tonitrus auditus*, *tonuisset*) et ignis emicuisset ex nubibus, aut stella micuisset clarius solito.

CAPUT XVIII.

De Mythologia.

Alios delectavit Mythologia, et inquisiverunt fabulas poetarum, sine (*absque*) quibus poetae difficillimi sunt intellectu *a*). Inquisiverunt, quid finxerint de chao, quae origo chaus, quam formam Iupiter dederit chai, quod chaos informe fuerit. Si mentio fit Palis, Panos, Erinnyos; sciunt, quod praefecerint Palem pascuo, uti et partubus, et celebrarunt illi festa palilia; Pana esse deum pastorum, et canere fistŭla

(*tibia*); Erinnyn turbare mentem. Si mentio fit Alectus, Megaetrae, Tiſiphŏnes; ſciun deas eſſe ultrices ſcelerum. Si mentio fit Atrŏpus, Clothus, Lachĕſis; ſciunt eſſe parcas, et ſie dici, quod pepercerint nemini, neque etiam parciturae ulli; quod charon ſit portĭtor manium qui ſunt exuti corpore, eosque trajeciſſe Acherontem (*ta*) lintre ſuo *a*); Minoem eſſe praeſidem judicum infernalium, et recepiſſe pios in campos elyſios, ſed detruſiſſe impios in tartărum triſtem (*tartăra*, *averna*); tricipĭtem cerbĕrum eſſe cuſtŏdem inferorum, illumque excubuiſſe in atrio, et allatraſſe exeuntes, ut infĕri reſonuerint, et percrepuerint latratu, et per acheruſium (*am*) ſpecum ab Hercule extractum eſſe. De callida Sphinge finxerunt, quod fregerit ſibi cervīcem ſuam, quia Oedĭpus ſolvit aenigma ejus. Praeter Sphīngem mythologi debent ſcire non tantum nomina Aellus, Celeanus, Ocypĕtes, ſed quod de Aello, Celaeno, Ocypĕte finxerint eſſe Harpyias vultu virgineo. Praeter geryonem tricorpŏrem finxerunt etiam alia monſtra bicorpora; nec tantum noverunt nomina novem Muſarum, ſed etiam functiones Thalīae, Clius, Melpomĕnes, Euterpes, Terpſichŏres, Erătus, Polymniae, Uraniae, Calliŏpes; nempe eis (*iis*) curam eſſe de

demandatam Poesis (*eos*), et aliarum artium. Sciunt, bijugem Parnassum, et altum Helicōnem (*na*), qui est aemulus illius, esse sacros Musis, et sedem esse Musarum; Apollinem esse praesidem, templumque illi dicatum esse Delphis, celeberrima urbe graeciae; undique legatos esse missos Delphos celeberrimam urbem consultum *b)* et vatum unam edidisse oracula, quae sedit super tripŏdem aureum (*tripode et auro — Hendiadys*).

a) Sine quibus intelligere poetas difficillimum est.

b) consulendi causa — consulturos — ad consulendum — consulere ut consulerent.

CAPUT XIX.

Ejusdem argumenti.

Finxerunt Bacchum, cui etiam nomen Liber pater (*liberi patris*) esse deum vini, ideo saltarunt super inflatos hi cīnos utres festo bacchanalium (liorum); Vulcanum, cui etiam nomen Mulciber, in Lemno insula cudisse cum cyclopibus jovi fulmina, quibus icit (*feriebat*) gigantes (*titanes*); officium larium et penatium (*tum*) esse varias res curare domi. Finxerunt Amphionem movisse saxa chely sua, aut potius

tius sono chelyos suae; Orpheum ita suaviter cecinisse lyra, ut cantu orphei cursus amnium sit inhibitus, Sirenes Parthenŏpen, Ligeam, Leucosiam suavitate vocum ita cepisse praetervectas, ut pellexerint in naufragium (*illexerint*) suaviter canendo. Quis inteligit Iliădem Homēri, Aeneidem Virgilii, Metamorphosin Ovidii, si nescit has et alias fabulas; exempli causa (*gratia*); fabulam Echos, Hymēnem esse deum nuptiarum, fabulam de orione, de tribus (*ternis*) filiabus Phorcynos, quae usae sunt uno oculo per vices; de Actaeōne, qui mutatus est in cervum, et instructus cornibus; de Parĭde, de Castŏre et Pollūce, astrum alterutrīus (*aterius utrius*) apparuisse alterius; de Neptuno, quod temperat Oceănum (*pelăgus*) tridente, qui est insigne ejus; de Erĭde, dea discordiae, de jubăre deorum, quo fulserunt; de flaminibus, qui fuerant consecrati diis (*deis* — *dis*) de Paeane, qui solitus est cani in laudes deorum (*deûm*) de styge, per quam (*de Acheronte per quem* — *de phlegetonte*, *de orco*, *per quem*) jurandum erat diis, qui si pejerassent, prohibiti sunt nectare et ambrosia; de Iano bifronte, quod ei tribuerint binas frontes, ob prudentiam, et clavem cum baculo. Haec omnia, et alia plura, uti jucunda sunt lectu (*haec*

legere jucundum), ita necessaria sunt ad poetas intelligendos.

CAPUT XX.

De Historia.

Alii hoc instinctu operam suam contulerunt in historiam antiquam. Nam qui vult audire eruditus, illum oportet scire historiam Hermētis trismegisti, Zoroastris, Laomedontis, Dardāni, qui pater est dardanitarum, Anchisae, a quo anchisiadae orti, Aeneae, a quo aeneidae, Hectŏris, Ajācis, Agamemnŏnis, Conōnis, Amazŏnum, Lacōnum, Manlii torquati, qui detraxit aureum torquem gallo, Scipionis, a quo scipiădae orti. Tacebo de recentiore (*ri*) historia (*ut taceam*) quae gesta sunt imperante carŏlo magno, et sequentibus imperatoribus, quae nemo potest ignorare sine turpitudine. Historia literaria hoc seculo, et superiore valde exculta est (*invaluit*). Illa docet nos non tantum virtutem poemătum, Epigrammătum; sed etiam, qui excelluerint (*praecelluerint*, *antecelluerint*) aliis poematibus, epigrammatibus. In his nemo est superior Martiale; Horatius non est inferior Iuvenale et Persio Satyra; Virgilius meruit laudem Epus, Ovidius Metamorphoseos. Illa observat Philetam fuisse gracilli-

cillimum, Hypponactem fuiſſe maledicentiſſimum, quia carmine ſuo redegit ad reſtim (*em*) socĕrum ſuum; Zoilum fuiſſe nominatum Homeromaſtygem a priſcis, quia Homeri poemăta carpſit, qui tamen ſolus meruit dici poeta, et Alpha poetarum jure dictus eſt; nam optimus eſt non tantum ſui ſeculi, ſed omnis aevi. Illa obſervat, Corăcem fuiſſe veterrimum et primum Rhetŏrem; Demoſthĕnem fuiſſe eloquentiſſimum ex Decăde celeberrima vetĕrum oratorum; Epictēti lampadem fictĭlem venumdătam eſſe (*veniviſſe*) tribus millibus drachmarum; tanti factus eſt propter Enchiridion. Dogma Epicuri non debet eſſe ignotum literato de atŏmis, quae illo arbitro (*eius arbitrio*) ſunt principium mundi. In numerato etiam habeat, neceſſe eſt, ſententias ſeptem ſapientium, Biantis, Thalētis, Chilōnis, Solōnis, Pittăci, Periandi, Cleobūli. Superſedebo labore plura afferendi; nam illa hiſtoria eſt infinita propter inſatiabile cacoethes ſcribendi.

CAPUT XXI.

De Hiſtoria naturali.

Alii praetulerunt (*praepoſuerunt, antehabuerunt*) hiſtoriam naturalem, et inquiſiverunt in-

genium

genium bipēdum', quadrupēdum animalium, Monocerotis, Rhinocerotis, quorum ille habet unum cornu in fronte ſua, hic autem in naſo, quo diſcerpit ventrem elephanti (*tis*), quia ille eſt mollior reliqua cute. Indagaverunt naturam hirſutarum (*orum*) hyſtrĭcum, ſaevarum tigrium (*idum*), maculoſarum (*orum*) lyncum, Leopardorum, Chameleontis, qui dicitur vento ali. Indagarunt naturam concolorum, et verſicolorum avium, quae innotuerunt nobis; naturam aedōnis (*philomelae, luſciniae*), quae ſuaviſſima eſt omnium cantricium; pſittăci, qui imitatur vocem humanam, cucūli, qui puerorum ludibrium eſt; cygnorum, alcyōnis, quae ipſa pruma excludit pullos, candidae lagopōdis, quae amat nivoſas alpes; ingenium palumbium, columbarum, marium et feminarum, gruum et hirundinis, quae praenunciat amoenum ver; cenchrĭdum, quae ſunt alĭtes carnivōrae; aquilarum, quae degeneres pullorum abiiciunt; gryphum, qui ſimiles ſunt corpore leonibus, alis et facie aquilis, arabici (*cae*) phoenīcis, qui (*quae*) dicitur revixiſſe ex cineribus ſuis, poſtquam vixit ſexcentos annos (*nis*), imo etiam papilionum, cicindelarum, noctuarum, et veſpertilionum, qui alati ſunt et quadrupēdes. Obſervarunt etiam diſcrimen anguium (*ſerpentum*

ium

ium), qui (*quae*) exuvias quotannis in acuto vepre (*ſente*) deponunt, et non tantum viro ſuo nos perdunt, ſed et ſibilo terrent, lacertus, caecilia et aranea numerantur quoque inter animalia venenata. Aliud diſcrimen ceraſtarum, qui octo cornua in capite habent, colubrorum (*arum*), natrīcum, quae (*qui*) natant, cenchrium, qui recto tramite labuntur, cum alii convolvuntur in ſpiras, cum ſerpſerunt (*repſerunt*), ſepium, qui inprimis lethiferi ſunt.

CAPUT XXII.

Ejusdem argumenti.

Qui ſcrutati ſunt pelăgus (*um*), quod miracula repererunt? Halēces ſunt dignae notatu (*quae ut notentur*) ob multitudinem; cete notanda ſunt (*cetĭ notandi*) ob magnitudinem; nam teſte Plinio (*ſecundum Plinium*, *Teſtimonio Plinii*) cetus captus eſt, qui longus fuit ſexcentos pedes (*tis pedibus*), et latus amplius trecentos pedes (*pedibus*). Illi prodiderunt polypum (*pŏdem*) exoſſem eſſe, et pro oſſibus habere duram cartilaginem; praeterea (*inſŭper*) collorem congruere illi loco, ubi eſt. Paſſer marinus (*ſolea*), muraena, et aſellus inter delicias

licias numerantur, cancri quoque, et ranae nonnullis volupe sunt. Inter gemmas quanta est diversitas tam colorum, quam dotium? Amethystus notanda, quia restĭtit ebrietati, quoties admota fuit umbilīco; sic et chrysolĭthus, sapphīrus, topasius pretiosae sunt propter colores et diversas dotes; crystallus pellucĭda (*um*, *pellucidum*) instar vitri; beryllus, carbunculus, opălus, smaragdus praediti sunt aliis dotibus; unguis humanus habet magnum instar onychis, et sardonychis, qui repertus (*quae reperta*) est primum in Sardinia; jaspis aestimata est pluris auro; nihil vero durius adamante (*adamas durissimus omnium*); pumex porosus (*sa*) notandus (*da*), quod innătat aquae; marmŏre pario nullum est melius; sed magnes mirificantissimus (*mirificentissimus*) est omnium, quia attrăhit ferrum, et vertĭtur polum versus (*in*, *ad*).

CAPUT XXIII.

De Geographia.

Debemus etiam multum illis, qui incubuerunt Geographiae, et definiverunt, quas terras Teutōnes, Saxōnes, Allobrōges, Amazōnes, Lacōnes, Burgundiōnes incoluerint; qui fines fuerint Phrygum, Thracum, Arăbum, Samnitium,

Ar-

Arpinatium, Vejentium, Afrorum, Cretensium, Achivorum, Lesboorum; quae gentes fuerint vicinae et finitimae illis; quas urbes alluat fecundus Euphrates cum rapido tigride, qui regiam interfluxit et secuit; quod Pontus sit situs super pontum euxinum inter Halym et Colchidem; quod Hellespontus jam antiquitus dispescuerit Europam et Asiam; ubi Nar infusus sit Tiberi (*infusum*), quod iracundus Adria dictus sit ab adria urbe, quae adjacet illi. Eruerunt insnper, quae gentes accoluerint singulos fluvios (*fluviis, qui populi accolae fuerint*); cur migrarint sedes suas. Neque hoc tantum, sed etiam multo nobiliora observarunt; exempli gratia, quod Allia fuerit funesta Romanis, quia exercitus eorum a gallis senonibus fusus est sub Brenno eorum duce; Anienem ductum esse Romam per aquaeductus ab aquilegibus, quod Tanais effusus sit in pallūdem Maeotin, quae maxima est palludum (*ium*). Sunt quoque emensi, quis sit profundissimus omnium lacuum (*ex omnibus, inter omnes*). Observarunt, quod Delus insula celeberrima sit cyclădum; quod Latōna ibi pepererit gemellos Apollĭnem et Dianam; nam uno partu enixa est ambos (*ambo*), Pharus insula prope Alexandriam est clara celsa (*so*) pharo; Sicilia est celebris Aetna ignivō-

ma

ma (*mo* — *monte*); olympus creditus eſt ſedes coelitum (*coelicolarum*); quia eſt tantae celſitudinis (*tanta*) ut verticem nullae nubes attigerint, et ſupra verticem nulla avium ſublimetur. Pelion quidam praealtum (*altus ſcil. mons*), uti etiam oſſa praecelſa, ſed tamen Olympus magis arduus eſt illis, et creditus eſt mons maxime arduus omnium. Multi vero non ſatis habent ſe eſſe gnaros locorum ex libris, ſed etiam ipſi peragravērunt urbes magno impendio.

CAPUT XXIV.

Continuatio.

Non ſufficit etiam ſcire nomina urbium, civitatum (*ium*), aut quot milliaria, quot ſtadia, quot paſſus, quot millia paſſuum diſtet ab aliis urbibus; num cis (*citra*) fluvium, an trans (*ultra*) fluvium jaceant: ſed dignum eſt ſcitu, Romae fuiſſe ſedem, et domicilium imperii romani, et urbem late deminatam fuiſſe (*late dominam*); Corinthi corinthiacum aes ortum eſſe; Lacedaemône Lycurgum aequas leges ſanxiſſe; Maſſiliae poſtea floruiſſe ſtudia liberalium artium, uti ante floruerunt Athenis, inventricibus artium liberalium; quocirca

circa multi Romani miſerunt filios Maſſiliam, uti quondam Athenas erudiendi cauſa. Maſſilia tamen everſa eſt a Iulio Caeſăre, quia portas clauſit, cum maſſilia tetendiſſet in galliam. Delphi fuerunt clari Oraculo Apollinis, qui Delphis oracula edidit; qua propter multi Delphos profecti ſunt conſultum Apollinem 1). Carthagĭne Dido regnavit, atque ibi fuit ſedes Didōnis, cum fugiſſet tyro fratrem Pygmalionem. Carthaginem Aeneas appulit, cum Ilium captum et everſum eſſet. Carthagine tranſvectus eſt in Siciliam, ex Sicilia in Italiam. Peſſīnus erat clara templo cybĕles, quae credita eſt mater deorum. Rhamnus fuit quidem parpa, nam fuit exiguus vicus, ſed inclyta templo Neměſis. Hippo clarus Auguſtino, qui oriundus fuit Hippōne, Sulmo fuit celeber Ovidio, qui inde oriundus fuit, et ideo ſulmonenſis cluit. Narbo nominatus eſt martius (*mavortius*), quia caeſar impoſuit colonos ex legione martia. Saguntum celebre obſidione Hannibălis, et ſaguntinae famis. Tĭbur a tiburto cognominatum, qui erat natu maximus fratrum quia id una condiderunt. Anxur clarum candido marmŏre; Praeneſte nobile ſacris fortunae; Suſa fuerunt ſedes regum Perſarum, ut Hieroſolyma fuerunt regum tribus Iudae; quod ſacra biblia pro-

prodiderunt, et teftes funt. Illi jucundi funt auditu 2), qui condiverunt fuos fermones talibus fcientiis.

1) Confulturi, ad confulendum, confulendi caufa, ut confulerent, confulere.

2) illos audire jucundum eft.

CAPUT XXV.

De feminis, earumque fermocinationibus.

Sed et femininus (*fequior*) fexus habet fua ftudia nec temere materia differendi deficit feminas (*nis*); et cum mulieres graecae fuerint in primis difertae, et promtae linqua ante (*ultra*) mares, et alias feminas, quid rebimur intactum reliquiffe, cum Lefchen celebrarunt ad fontem Caffotidem, ubi folitae funt convenire, et conferre feria et joca (*jocos*). Sine (*procul*) dubio garriverunt mox de fupellectile varia, quae opus eft; de fupellectilibus vicinarum, quod fupellectilia hujus fint fplendidiora jufto, illius nimium vilia; mox de eliăca biffo, cujus fila firmiora funt funibus fparteis; mox de carbăfo hifpanica. Alia rogat vicinam, quanti mercata fit ulnam (*cubitum*); alia quefta eft linteum effe carum fupra modum. Alia laudat forores lodices, quas avia fua nevit; mappas, quibus

bus proåvus ftravit menfam: mantilia, quibus terfit manus fuas. Alia laudat aeneam pelvim, cui nomen atåvi infculptum (*incifum*); alia meminit telae fuae; quando exorfa fit eam, et quanto fpatio temporis pertexuerit; alia inftituit fermonem de digitale *i*), acubus, quae maxime idoneae nendo telam. Alia interrögat vicinam (*quaerit ex vicina*), quot glömis (*glomeribus*) fili duplicati ufa fit; alia miratur pictos tapetes, chirothecam ex pellibus murium ponticorum, togam domefticam (*amicůlum cubicularium*) argento praetextam palmum, pollicem, digitum. Alia carpfit municipem fuam, quod negligens fit rei familiaris, quod raro domi fit fuae, femper alienae; momento (*mox*) extůlit aliam civem, eam effe bonam matrem familias; explicuit (*cavit*) etiam officia matrum familiae. Alia protůlit aliquid novi; uxorem in vicinia vapulaffe a marito; aut narrat, brevi (*eras*, *perendie*) unas, binas, ternas nuptias celebrandas effe (*celebratum iri*); quod vicina nupferit mercatori diviti nudius octavus, aut nudius quartus decimus. Narravit de die fponfaliorum, de annulo pronůbo, quem fponfus donavit fponfae; de inaure, de monīli, de fpintēre aureo; quanti emtum fit; de calanticis, riciniis, collaribus caeruleis, ftrophiis et fudariolis pretio-

 fiffimis,

fissimis, quibus sponsa donata a sponso est; de dote, qua dicta est sponso. Alia contra dixit, et contendit, sponsum duplo plus debere, quam possideat, nec esse possessorem domus; ideoque raro domi suae esse, quod timeat creditores (*sibi a creditoribus*); illum fuisse magnificentiorem et munificentiorem solito et justo, imo multo magnificentissimum et munificentissimum omnium civium; non continuo ditissimos esse, qui magnificentissimi sunt; saepe ditiores fuisse opinione nostra et omnium spe, qui induti erant vili veste; rem mercatoris foro meliore *i*) loco, si vixisset messe tenus propria, nunc vero metuendum esse, ne foro cedendum sit. Alia questa est de servo comedōne, eoque segni, quod herus adegerit eum flagello ad laborem. Alia questa est de serva, eam tarde redivisse domum, cum domo fuisset missa obsonatum, eam oppertam esse (*praestolatam*, *mansisse*) alias servas, aut stetisse (*restitisse*) apud circulatorem.

CAPUT XXVI.

Continuatio.

Alia questa est servam suam ex macello attulisse a lanio sex aut octo pondo carnis de macro bove (*macra bove*), ut vix esui fuerit (*vesca*), ut condienda fuerit aromatibus, aut sina-

sinapi adhibendum. Alia narrat, suam coquam prisca lecytho pinguiorem, et atram fuisse, ut extinctus titio; obiter verrisse culīnam, nec purgasse orbes (*quadras*), cultros, cochlearia, et fuscinulas (*creagras*), nec praeparasse lixivium et penicŭlos, ut purgaret ahenum, colum, radulam, mortarium, pistillum, et caetera utensilia culinae; nec lavasse mantilia sordida, nec scamna, nec scabella; non stravisse lectum, non accomodasse stratum, stragŭlum, pulvīnos, (*culcĭtas*) nec purgasse matŭlas. Alia narrat, quomodo servas suas exercuerit, quod colas plenas exoneraverit, quot boves mulserit, quot sina impleverit lacte, quot ova pepererit galina, quot gallos gallicaneos aluerit, quot caseos presserit per hebdomădes (*das*) singulas, quot carnes saliverit pro familia, cur carnes asperserit sale. Narrat eadem, quod jusserit coquam coquere pultem farraceam, libum, et placentam ex polline, quam (*quem*) promsit ex cella penuaria. Alia rogat vicinam, num emerit sibi oryzas, fabas, aut lentes; num cucumĕres legerit condītui; quo pacto condiendi sint. Alia questa est de penu consumto brevi tempore; coquam nimis butyri indidisse cibis. Alia rogavit suam civem, num prospexerit sibi lignum contra saevitiam hyĕmis. Alia questa est, fures calli-

dos (*vafros*, *verſutos*, *fraudulentos*) ſubrepſiſſe in domum ſuam ſub veſperam, et latuiſſe ſub lecto, aut poſt tabulas; noctu aperuiſſe capſas (*riſcos*, *ciſtŭlas*, *ciſtellas*) clave adulterina, et clepſiſſe ſpeculum venetianum (*abſtuliſſe*), veſtes pulchras, easque ornatas argenteis oris (*fimbriis*), aut batăvis taeniis denticulatis, et aureis globulis, latisque fibulis, praeterea abſtuliſſe vittas, aliaque obvia, et obĭce remoto ſe proripuiſſe foras domo, et evaſiſſe cum veſtibus et vaſis. Alia narrat, fures effregiſſe clathros ferreos, aut fores ipſas ligneo vecte; ſed manifeſtos eſſe, et deprehenſos furti, quia homines ſenſerunt.

CAPUT XXVII.

Continuatio.

Alia queſta eſt, ſe ante aliquot annos (*abhinc*) orbatam eſſe una aut duabus filiis (*filiabus*), quae jam nubiles fuerunt. Alia, ſe amplius annum (*anno*) moeruiſſe bimeſtrem, trimeſtrem filiŏlum, quem ipſa lactavit (*nutrivit*), affirmat ſimul cariores eſſe liberos (*prolem*, *ſubŏlem cariorem*) matribus, quam nutricibus, aut novercis; idque ſe aegrius tuliſſe, quod municeps ſua gaviſa et laetata ſit orbitate ſua.

Alia

Alia amiſit filiǒlum bimŭlum, trimŭlum; alia perdidit bellum puerŭlum ſexennem, ſeptennem; Alia queſta eſt de Xantippe, quae habitat in proxima vicinia: quod iras geſſerit cum omnibus, quod ambage (*per ambages*) elicuerit ex ſervabus alienis, quid geſtum eſſet domi alienae, quid ederint et biberint; quod maledicentiſſima ſit, imo maledicentiſſima maledicentior, maledictis nunquam abſtinuerit (*ſe*), nemini pepercerit, ne optimatibus quidem, aut cujuscunque ordinis (*conditionis*), ſed detraxerit de fāma optimātum (*tium*) aeque ac municipum, ſive eſſet imperator, rex, elector, princeps, dux, marchio, comes, nobilis; ſive eſſet civis, opĭfex, ruſtĭcus, ſervus, mendĭcus; ſive ſupremus aulae praefectus, ſupremus camerarius, ſtabuli, culinae, vaſorum argenteorum praefectus, quaeſtor; ſive cubicularius, apparĭtor, ſatelles, pediſſĕquus, morio. Alia queſta eſt de cive ſua futĭli, cui commiſerat omnia arcana, et eam nullam rem celaverat, quod omnia effutivĕrit. Alia queritur de iniquitate opificum, cum aliquid locavit faciendum, artificum, mercatorum, tabernariorum, ſcrutariorum, quod omnia indicent pluris aequo, ſaepe duplo pluris, et adhuc ſtomachentur emtorem, ſi liceatur (*licitetur*) minus. Alia dixit, ſe

melius

melius conciliare e Iudāēo, quam tribūli, nam etsi triplo pluris indicavit merces, quam licent tamen addixisse minoris. Alia regessit, merces a Iudaeis solere quidem minoris venire, sed plerumque fucosas esse; se malle pluris, imo dimidio carius emere probam mercem. Alia ait, se malle emere in auctione, quam in mercatu; istic vilissime emi, saepe centum denariis, quod esset mille denariorum. Alia questa est de habitatione, quod habitet domum (*in domo*), quae esset exposita imbribus; fores pervias esse vento, fornācem perviam ambusti torris. Alia foetĭdos cimīces, alia culīces malos, vespas, muscas, et asīlos (*tabānos*, *oestros*) infestare; quod sita sit ad fluvium (*flumen*), aut quod sonitu et crepitu forium vicinarum exterrita sit somno, cum vix obdormivit. Alia narrat, quod somnium somniaverit; alia somnium conjecit (*interpretata est*).

CAPUT XXVIII.

De avaris, gulonibus, et ambitiosis.

Qui autem auscultaverunt sermones saepius, cognoverunt charactēres animi ejus, qui dissefuit; nam exempli gratia, qui crebro memĭnit sortis et usurae suae, quot millia mercator a se

fe mutuatus fit, quot millia mutuaverit Iudaeo, quod civis fibi oppofuerit pignori domum, pratum, hortum, quantum nummorum collocaverit in praedio, quanti locaverit domum, haec et alia qui crebro meminit; non eft difficile collectu (*colligere non eft difficile*), quod avaritia inceſſerit animum et invaferit talem virum. Qui vero mentionem facit artocreâtum, capōnum, linguarum pavonum, de jecōre mulorum, anferum, de conchiliis, quo litōre capiantur optima, de alaudis, merůlis, anatibus, rufticůlis, coturnibus, aliisque deliciis (*cupediis*); qui narrat, fic editur (*eftur*) apud hunc, fic bibitur apud illum, ac narrat, quod apud Titum heri pranderit (*commiffatus fit*) lautum prandium, quin fymbōlam dederit, quod apud Paridem, Agamemnōnem, Demofthênem, Chremem coenaverit opipâram coenam, quae multum titillaffet palatum (*guftum*), imo ut adfpectus et odoratus folus moverit (*conciverit*) falivam oris; quanta voluptate forpferit calices magnos; quomodo repletus fuerit vetere vino; quomodo ingurgitaverit convivas ad nauſeam (*faftidium*) usque vino, quorum alii partem vomuerint, alii depofiti fint; pars bene pota redierit domum; quo cratēre combiberint (*compotaverint*); quod depleverint et exhauferint

am-

amplius denas aut vicenas amphŏras vini, quod avus condidit; quod totos dies luſerit alea, teſſeris, et noctes triverit chartis luſoriis; quod ſtertuerit in mediam diem, et cum collibuiſſet, ſurrexerit cubitu; quod experrectus arſerit ſiti ita, ut Zytho, aut frigida eam vix reſtinxerit; harum rerum qui mentionem facit; quis non intelligit omnibus tacentibus eum eſſe heluonem, gulonem, gurgitem et voraginem patrimonii, natum abdomini ſuo, non gloriae ulli; et poſtquam vitam jucundiſſimam vixit, illuſit pecuniae, quotidie auro et argento fulſit, ſe amicivit bombyce áſiatica aut multitio, delibuit capillum balăno, et oleo redolente balſamum; quis non intelligit, hunc aliquando redactum iri ad paupertatem, ut ipſi neque ligŭla, qua liget calĭgas, ne que tibiale, nec induſium, nec calceŏlus ſit, quem induat, eumque fore Irum, qui potuiſſet eſſe Croeſus; atque cum prodegerit, atque effuderit omnia, et dolia ad ipſam fecem ſiccata fuerint; tum derelictum iri a ſuis compotoribus, et ludibrio, deriſui, et oſtentui fore, et obſĭtum pannŭlis inceſſurum, quod merito ei contingit, quia ivit ſe perditum; quoniam talis amicitia raro diutius manſit (*duravit*), quam olla fervit (*ferbuit*). Caeſăris ambitio eluxit non ſolum ex honoribus, quos am-

ambiebat (*ambibat*); ambivit enim ſummos honores per fas et nefas; ſed etiam ex verſibus Euripidis, quos ille ſemper fertur (*dicitur*) in ore habuiſſe:

Si violandum jus eſt, regnandi cauſa violandum eſt; caeteris in rebus pietatem colas.

CAPUT XXIX.

De Theologia et Philoſophia.

Quamquam vero ſingulae diſciplinae et artes ſunt laude digniſſimae; tamen maxime neceſſariae ſunt Theologīa, Philoſophīa, Iurisprudentia, et Medicina. Theologīam jure dixĕris ſcalam coeli, ducem vitae, parentum virtutum, expultrīcem vitiorum, liberatrīcem animorum; quotquot enim exſtitērunt veri Theolŏgi, excubuerunt pro animabus ſuorum. Caeterum nititur haec ſcientia maximam partem revelatione; Philoſophi autem non contenti ſunt, ſe ſcire hiſtoriam, et quaſi ſuperficiem rerum; ſed eunt exquiſitum prima elementa naturae; indāgant, quae ſit vera origo rerum, quae cauſa vaporum, nebularum, liquidi roris, gelĭdae pruinae, nubium, fulgŭrum (*fulmĭnum*), tonitruum, et coloratae iridis, nec non lapideorum imbrium; nam legitur pluiſſe lapis. Indāgant

dāgant, qui halo orta, calor aeſtivus ortus, frigus hibernum ortum ſit; quae cauſa terrae motus; qui nox obſcura (*tenebricoſa*) fiat ſuper horizontem noſtrum, cum ſol occidit; cur coelum rubeat, cum occaſurus eſt. Illi evicerunt dari antipôdas; oſtenderunt, arctos duas, majorem et minorem nunquam occidēre. Non tantum detexerunt originem eclipſium lunarium et ſolarium (*defectus ſolis et lunae*); ſed etiam praedixerunt, quando futurae ſint; uti etiam, quando planētae orituri ſint et occaſuri, quando ſtellae oriturae (*ſidëra oritura*), quando omnis ſiderea compāges, quam igneum aetherem vocant; ſed adhuc (*hucusque, ad hoc tempus*, nequiverunt praedicere comētas (*ſtellas crinītas*) orituros (*ras*). Neque vero hic ſubſtiterunt, ſed altius inquiſiverunt, quae ſit natura animi noſtri, et praeſtantia; nam animabus praeſtamus animalibus (*lia animantia*); ea enim ſunt expertia rationis, nos autem ſumus participes rationis; quid? quod et inquiſiverunt naturam reliquorum ſpirituum, et ſupremi Numinis. Quae conſideratio digna eſt unoquoque homine *decet unumquemque, convēnit unicuique, cuivis, cuilĭbet*).

Ca-

CAPUT XXX.

De Jurisprudentia.

Jurisprudentia quoque utilis, nam verus juris-perītus (*jurisconsultus*) procul dubio praeclare meruit de republica; qui temperavit rempublicam aequis legibus, antistes jurium fuit, arbiter litium, defensor opum et facultatum, qui defendit jura civitatum; tulit leges hereditatum, dotium dandarum, gradus affinitatum et propinquitatum; atque ostendit, quis sit heres ex asse, quis ex deunce, dextante (*decunce*), dodrante, besse, septunce, aut semisse, quincunce, triente (*tresse*), quadrante, sextante, tandem qui exheredes sint; qui adjudicavit suum cuique, cuia domus, cuium pecus, cujus ager; num domus sit vicini, num ager sit meus, pecus tua (*tuum*), an alīus, an pratum nostrum, aut aliorum sit; qui ostendit officium sequestrium, vadium, qui spoponderunt pro aliis, et in se receperunt se praestituros damnum; officium praedum, qui caverunt praediis suis pro redemtore. Qui vim prohibuit a plebe, vicissim coercuit vulgus, tuītus est dignitatem procĕrum, optimatum, primatum; qui cognivit causas litium, quaestuum, et attulit remedium quaestibus; exempli causa, siquis defraudavit suos operas et mercenarios mer-

mercede ſua, ſi fucoſas merces vendidit carius juſto; et alter queſtus eſt ſe calvi (*calvier*) cum quis iniqua lance pependit quid, aut iniqua menſura admenſus eſt, aut alia ratione alium privavit bonis ſuis; cum quis alium inceſſit conviciis, lapides ingeſſit, aut delibuit aliquem coeno, aut quocunque modo laeſit; cum civis arguit et accuſavit civem furti, uſurae, aut inſimulavit alio crimine; qui cognovit ſyngräphos, cum creditor urſit debitorem ad ſolvendum, qui non erat par ſolvendo; et cum repopoſcit ac flagitavit a debitore caput, quod ei mutuavit in unum, duo, aut tres menſes; quoniam non tantum rogavit eum humillima prece, et dixit, ſe animam debiturum ipſi, ſi ſe juverit in eo: ſed etiam pollicitus eſt intra octiduum, menſem, aut bimeſtri, trimeſtri ſpatio, poſt quadrantem anni, aut abhinc annum ſe ſoluturum tantundem pecuniae praeter uſuram; quid? quod inſuper juravit, cuiusmodi exempla non deſunt. Bene meritus eſt jurisperitus, qui examinavit literas cambiales argentariorum, qui camſerunt; et pronunciavit jure cambiali, ſi forte periculum eſt eos ceſſuros foro; et alia ejus generis. Quis enim eſſet recenſendo (*par*) omnes lites, quae tranſigendae ſunt judici.

CAPUT XXXI.

Continuatio.

Quis igitur dubitet, judicem bene meritum esse de republica, qui diligenter cognovit, et audivit tam accusatorem, quam reum, quidquid hic protulerit se purgandi causa; qui secundum leges sententiam tulit, inauditum (*indicta causa*) neminem condemnavit. Neque facile est judicem agere, nam judicis est non tantum certum esse sui judicii, sed oportet etiam eum esse vacuum irae, et odii, neque se sinat temĕre flecti humillimis precibus; uti multi flexerunt judicem, cum provoluti sunt genibus (*ad genua*), sed omnibus idem sit, ut sol luxit pauperi aeque ac diviti; ideo etiam leges sancītae sunt, fixae, ac promulgatae, imo incisae aeri. Imprimis caveat, ne accipiat aliquid muneri; uti multi corruperunt judices, et caecaverunt largitione, ut faverint injusto, et aboleverint testamenta in gratiam aliorum, quae debuissent esse rata; ut connivĕrint, neque reprehendĕrint, malefĭcos ex fuga, nec protraxerint latebris, in quas se abscondiderunt; et abstruserunt, nec expoposcerint ex aliena ditione, in quam profugerant, postquam domo ac bonis cesserant; aut ut siverint, ut rei non obierint diem, nec se stitĕrint judici, aut tantum dicis causa arcesserint in jus, et multam irroga-

rogaverint, aut plane absolverint suspicione, qui rei erant rei capitalis. Propterea Romani sortiti sunt judices, et interdum subsortiti sunt alios pro illis, qui visi sunt suspecti; atque ita occurrerunt corruptioni. Sed vae tali judici, qui ignovit fonti, qui non opposuerunt se impietati, insontem oppresserunt, aut siverunt opprimi, ut angeretur animi. Nam olim ratio reddenda est iis coram tribunali Dei. Verum tales contra auro cari non sunt, qui ex aequo et bono pronunciarunt, uti obstrinxerunt se jurejurando, et qui sine respectu personarum sontes vinxerunt dura compēde, compescuerunt et compresserunt ex leges multa, carcere, verbere, fuste, ignominiis, damnaverunt capitis, et plexerunt capite, postquam testes eos rei capitalis convicerunt; qui fregerunt crura latronibus, fauces furibus; haec enim hodie est poena furum, qui olim damnati dupli, tripli fuērunt; qui coercuerunt foeneratores, ne defoenĕrent cives suos, qui foenerati sunt pecuniam ab iis, et supellectilia opposuerunt pignori; qui restituerunt in intĕgrum illos, qui expulsi sunt ab aliis possessione sua vi; qui represserunt temerarios litigatores, et adegērunt, ut impensas reddiderint ad assem, si de re frivŏla, aut per calumniam scripserunt dicam municipi suo; qui

qui abhorruerunt ab omni injuſtitia. Impii equidem eorum ſeveritatem accuſabunt, quod acerbius conſuluerint in eos, quod potuerint ignoſcere peccato ſuo; at ne unius quidem aſſis aeſtiment tales rumores; nam qui ſibi conſcius eſt recti, non dubitet, quin omnes boni probent ſeveritatem; nam illi plerumque nocuerunt bonis, qui pepercerunt malis.

CAPUT XXXII.

De Medicina.

Medicina non minus ſalutaris eſt, quia tuetur valetudinum, imo eſt magis neceſſaria jurisprudentia; nam intereſt tantundem omnium, tam divitum, quam pauperum, conſervari valetudinem; et mea ipſius refert tantum, quantum tua ipſius, et noſtra ipſius non minus refert, quam veſtra ipſorum tueri valetudinem aeque, ac facultates; quia nulli volūpe (*volup*, *apocŏpe*, eſt, aegrum eſſe: nam medicina levat dolores aegrorum oſſium, orium, faucium, dentium, cordium, ventrium, renum, lienum (*ſplenum* femŏrum, hepătum (*jecinŏrum*), genuum, crurum, pedum, calcium (*calcum*), et reliquorum artuum; ſiquis nempe laborat jecŏre, femŏre, rene, ſplene (*liene*) corde, tendinibus, artubus;

bus; siquis laborat periculoso erysipelāte, siquis lanquet febri *e*) acuta, aut rapida aut quercēra, tussi, ravi. Medici autem multum interest, nosse caufam morbi, quid dolores civerit, qua parte quis dolores senserit, cur huic vox rauserit, alius macruerit, alius contabuerit, alius in alium morbum inciderit. Refert etiam sua scire, num morbus inveteratus sit; hinc solent quaerere ab (*ex*) aegris, postquam arcessiti sunt, aut eos inviserunt, quamdiu decubuerint, qua parte doluerint; num alvus soluta, an adstricta sit, quomodo cibus sapuerit, quo vescuntur; num satis manderint cibos; et cum reviserunt, num dolor remiserit, quando calor deferbuerit, quomodo requieverint; nam quiete (*requie*) multi morbi levati (*lenīti*) sunt. Praecipue observant medici dies critĭcos impări *e*) numero; num morbus accreverit, an decreverit; accommodant morbo remedia: aliis praecipiunt emetĭcum; nam multi se melius habuerunt, et commodius, postquam evomuerunt fel (*bilem*); alii cum purgarunt alvum; praecipiunt etiam diaetam; nam alios vetuerunt edere carnem suillam, vervecinam, et permiserunt vesci carne vitulina, agnina, aliis interdixerunt omnem carnem. Saepe etiam interdixerunt omnia aromăta, indicum crocum, piper, Zingĭber, quae intendunt calorem,

rem, uti et caepe, quia efficiunt flatus ventris. Praecipuunt etiam, quam diaetam obſervare debeat aegrotus convaluit; nam cum multi reciderunt in graviorem morbum, qui non rati ſunt ſe recaſuros. Hinc praeſtat fugere cibos noxios, imo et aerem noxium et gravem.

CAPUT XXXIII.

Continuatio.

Ad Medicinam referimus merito pharmacopōla, et chirurgos. Illos oportet eſſe peritos parandi medicamenta tam ex metallis, ex ſtibi, gummi, quam herbis. Noſtra hyſſōpus, nardus noſtra, papaver noſtrum, laver et laſer noſtrum ſcatent medicamentis; imo urtīca ipſa plena eſt medicamentorum; ſola andidōtus, quae theriāca dicitur ex mille ſpeciebus fere conſtat, quae cum pharmacopōla miſcuit et coxit, peſtem viri frangunt. Non defuerunt etiam antiquis temporibus chirurgi, qui medicati ſunt tuberibus; cum ulcus invaſit guttur, dum fricuerunt tubera, aut unxerunt adipe canina, aut alio adipe, foverunt fomentis, aut moverunt pus emplaſtris, quod illiniverunt veteri linteo. Curant etiam fracturas crurum, et oſſium aliorum, et vulnera totius corporis, donec cicatrix obducta eſt. Si autem vulnus prurit, non

fricandum eſt; nam ſaepe recruduit, cum refrictum eſt. Saepe etiam ſanarunt morbos, cum ſecuerunt venam, et eripuerunt multos e faucibus mortis. Varix neceſſario ſecanda, cum intumuit, et dolores civit (*concivit*).

CAPUT XXXI.

Exhortatio finalis.

Age igitur, et macte mi Soſia, agite et macti omnes mei diſcipuli, quos amor literarum impulit, et inſtinxit ad ſtudia, aut ſplendor natalium hortatus eſt, tu Evander, Mathaee, Curti, Ioannes, Caſpar, Dares, Pari, et quotquot veſtrum ſunt, hortatu meo et magiſtrorum veſtrorum nolite negligere (*ne negligite*, *cavete negligatis*) occaſionem diſcendi artes *a*), A parentibus veſtris miſſi eſtis domo in ſcolas comprehenſum atres *b*). Nolite defatigari legendo libros, et audiendo magiſtros; eruditio non eſt difficilis comparatu *c*), ſi modo cupidi ſitis diſcendi ſcientias. Credite mihi, quod ſitis comparaturi *d*) eas legendis libris et audiendis praeceptoribus. Nam ea aetate eſtis, quae eſt multo aptiſſima comprehendendo artes; juventus enim eſt capaciſſima artium, et maxime docilis, memoria eſt maxime idonea retinendo artes,

artes, nec tam facile obliviſcitur ea (*eorum*), quae audiviſtis et legiſtis, et facile recordatur omnia (*omnium*), quae didiceritis. Perſuadete vobis, vos ita meſſuros eſſe *e*), uti ſeveritis. Magno gaudio afficietis veſtros parentes, ſi audient veſtram diligentiam et probitatem; nam veſtris parentibus eſt curatio ſalutis veſtrae, et intereſt parentum veſtrorum non minus vos maxime aſſiduos eſſe, quam veſtra ipſorum, quia intereſt ad veſtram ſalutem. Itaque fugite ſegnitiem, ceu (*tanquam*) peſtem juventutis, et omni cura ſatagite earum artium, quas diſcere animus eſt. Non licet vobis eſſe otioſos et deſides; ſed vobis incumbendum eſt in libros, et ſatagendum literarum, et opera omnis navanda literis. Sine ſummo dedecōre non poteſtis redire domum ignari artium, et inanes a mercatu liberalium artium; nam otium, pigritia, et ignorantia turpis eſt, et dedecet inprimis ingenuos. Vitabundi autem tantam turpitudinem, fugitote cupidinem pravam, et prava ſodalitia; nam exemplo ſodalium pravorum multi deflexerunt a (*de*) via virtutis, et evaſerunt inſignes nequam, imo nequiores nequiſſimis; ut non putes eosdem eſſe, qui tamen viſi ſunt futuri adoleſcentes frugi, cum exceſſerunt ex ephēbis. Periclitemini igitur mores eorum, num

boni ſint, quibus utemini, priusquam)*ante-quam*) ineatis amicitiam. Attente auditote praeceptores, quibus (*queis*) tradiderunt vos parentes erudiendos artibus, eſtote dicto audientes magiſtris non minus, quam parentibus veſtris, cum innuerunt. Retinetote memŏri mente, quae vobis ſuaſerunt aut diſſuaſerunt; et cum vos monuerunt officii, admonitio fit fixa animis; nam ſunt loco (*vice*) parentum, et cupiunt vobis, ac favent, et volunt conſultum ſaluti veſtrae.

a) Diſcendarum artium, ad diſcendas artes.

b) Comprehenſuri, ad comprehendendum, comprehendendi cauſa, ut comprehendatis.

c) Comparare eruditionem non eſt difficile, ad comparandum.

d) Vos comparaturos; fore, ut comparetis; a vobis comparatum iri.

e) Meſſum a vobis iri; fore, ut metatis.

CAPUT XXXV.

Continuatio.

Vos, qui orti (*oriundi*) eſtis illuſtriori loco, debetis meminiſſe ſtirpis veſtrae; ne obſcuretis gloriam, quam adepti eſtis a majoribus; foret vobis immortali dedecŏri, ſi non imitati fueri-

tis

tis patres, avos, proåvos, abävos, atåvos, tritavos. Incipiet etiam poenitere veſtros parentes ſumtuum, quos ſuggeſſerunt, cum compererint vos degeneres eſſe (*degeneraſſe*), nec reſpondiſſe ſpei eorum, et ſumtus fruſtra eſſe. Vos autem, qui orti eſtis humili loco, date (*navate*) operam eo majorem, quia multi emerſerunt per aſſiduitatem ex obscuritate, et aſcendĕre ad ſummos gradus honorum. Poſſem plura exempla proferre; nam ab omni memoria ſatis exempla fuerunt, qui geſſerunt ſummos magiſtratus. Quot ſunt renunciati conſules reipublicae adminiſtrandae; quot fuerunt a conſiliis principum, regum, atque participes omnium arcanorum, ad quos fuit referendum de obſcuris et difficilibus rebus; imo fuerunt ſecundi a rege, et evecti ſunt eo dignitatis, ut dominati ſint aliis, et ſalus reipublicae pependerit ab iis; inſuper donati ſunt domibus, fundis, quia impenderunt ſtudiis majorem operam, quam alii, qui confiſi ſunt familiae et propinquitati ſuae, et freti fuerunt opibus. Illi ubicunque terrarum (*ubivis gentium*) magni facti ſunt, et honoratiſſimi fuerunt, licet advĕnae fuerint, et alienae civitatis; tamen ſunt fruiti ſummis honoribus, quia excelluĕrunt (*praecelluerunt*) aliis ſcientia et virtute (*antecelluerunt*

runt aliis); tanti eſt eruditio (*didiciſſe artes*). Ignari autem, et haud idonei rebus gerendis ubique locorum jacuerunt, nauci, flocci, pili, nihili, aeſtimati ſunt (*penſi ſunt*), ubicunque etiam terrarum degerint (*ubi etiam cunque*) et nusquam gentium valuerunt quidquam; quoquo terrarum venerunt, excluſi ſunt muniis. Uti vero illi gaviſi ſunt ſorte ſua, ſic puduit hos ſortis ſuae; nam quia contemſerunt (*ſpreverunt*, *deſpuerunt*) bonas admonitiones, indulſerunt otio, et cupidini pravae ac luxui, et prodegerunt fortunas ſuas; eo miſeriae redacti ſunt, ut cum aeſopico (*ca*) culice quaeſiverint eſcam, et boni conſuluerint aſſum panem. Cum vero eſuriverunt, et coenaturiverunt, nihil habebant, quo explerent famem ſuam, uti prodigus ille in Evangelio, qui coactus eſt veſci ſiliquis. Tunc quot increpaverunt ſe ipſi, et quot audimus auribus noſtris queri de negligentia ſua, cum deſperarunt honores (*de honoribus*), quot dixerunt: ah me miſerum, o me ſtultiorem ſtultiſſimo! vah (*proh*, *phy*) ſegnitiem meam! quam turpiter trivi aetatulam! diffluxi otio et luxuria, proh dolor! meopte vitio, meapte culpa eo miſeriarum detruſus ſum, ut debeam implorare auxilium aliorum! utinam reſipuiſſem! o ſi ſtudium adhibuiſſem in diſcendis literis, ut peperciſciſſem nulli operae.

Ca-

CAPUT XXXVI.

Continuatio.

Et cum confugerint ad propinquos ſuos, et dixerint: quaeſo vos, miſereſcite mei propinqui veſtri (*miſeremini*), reſipiſcam, et emendabo me, praebebo me magis aſſiduum ſolito, et geram me honeſte, quoad ejus fieri poteſt (*pote eſt*, *potis ſum*): neminem meſerebit talium, nec quisquam miſerabitur ſortem illorum, nec dignabitur illos honore coenae, nec impertiet illis oſcŭlum ne reſalutatione quidem illos dignabitur, etiam ſi jubent illos ſalvere; ſed ignorabunt illos, quia ſe debet pudere eorum propter ignorantiam illorum. Etiamſi cuperent eos adjutos, et penes eos eſſet juvare illos; et eripere malis, quia exempli cauſa valent gratia apud principem; tamen dubitabunt juvare illos (*praeſto eſſe illis*). Nam, quia impăres ſunt fungendo munus, (*munere*), jure ambĭgunt, utrum ſatisfacturi ſint muneri ſuo, imo timent, ne abdicetur illis honos, aut ne cogantur ipſi renunciare muneri; quia timendum eſt, ne non pares ſint gerendo munus, quodque tunc debeat eos pudere juviſſe. Hinc dicent (*inquient*) potius: apăge te probrum familiae, et inutile pondus terrae! phy ignavum ſocium! ah miſelle! fer fortunam

tuam

tuam, duc lanam, aut fac aliud quid, quo tuearis vitam. Edic (*cedo*), si audes (*sodes*), cui rei utilis sis? potesne (*potin*) praeesse magistratui? tunc debent pati se vocari asinos, frutices, et quae alia ejus generis. Alii autem irridebunt illos, et illudent dicentes: En tibi (*ecce*) degener natus parentis magni! quantopēre hic fefellit spem parentum suorum (*frustrāvit*). Contra vero o vos terque, quaterque beati, qui bene impendistis tempus, qui fugistis voluptates, et versavistis libros. Praeter diligentiam volo vos monĭtos pietatis; ita non tantum florebitis honore et opibus in hac vita, et habebimini quantīvis pretii, et bene audietis a summis et ab imis (*infimis*); non solum relinquetis immortalem memoriam vestri, et desiderium vestri: sed etiam fietis participes aeternae beatitudinis. Uti vero vos omnes et singulos oro per salutem vestram, per parentes vestros, per Deum; ita opto ex animo, ut eveniat, qui sum studiosissimus vestri, et salutis vestrae. Labor, quem suscepi, vobis sacer esto; etĕnim est meum et omnium consulere vestris commŏdis, valete!

Ap-

APPENDIX
Cornelii Nepotis
Vitae
excellentium imperatorum ſelectae.

I. Miltiades.

1. Miltiades, Cimonis filius athenienſis, cum et antiquitate generis, et gloria majorum, et ſua modeſtia, unus omnium maxime floreret; eaque eſſet aetate, ut non jam ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere cives poſſent ſui, talem futurum, qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienſes cherſoneſum colonos vellent mittere. Cuius generis cum magnus numerus eſſet, et multi ejus demigrationis peterent ſocietatem; ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem, quo potiſſimum duce uterentur. Nam tum Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His conſulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent. Id ſi feciſſent, incepta proſpera futura. Hoc oraculi reſponſo Mil-

Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent, postulasset, illi iridentes responderunt, tum id se facturos, quum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum; hic enim ventus a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non habens, cursum dirrexit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

II. Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, [tota regione, quam petierat], potitus, loca castellis idonea communiit: Multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit: crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est: nam, quum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa aequitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine. Neque id magis imperio, quam justitia', consecutus. Neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia praestabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant; quam illorum, cum quibus erat profec-

fectus. Cherfonefo tali modo conftituta, Lemnum revertitur, et ex pacto poftulat, ut fibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum vento borea domo profectus eo perveniffet, fefe dedituros: fe autem domum Cherfonefi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, et fi praeter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, fed fecunda fortuna adverfariorum capti) refiftere aufi non funt, atque ex infula demigrarunt. Pari felicitate ceteras infulas, quae Cyclades nominantur, fub Athenienfium redegit poteftatem.

III. Eisdem temporibus Perfarum rex Darius, ex Afia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Hiftro flumine, qua copias traduceret. Ejus pontis, dum ipfe abeffet, cuftodes reliquit principes, quos fecum ex Ionia et Aeolide duxerat. Quibus fingulis ipfarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillime fe Graeca linqua loquentes, qui Afiam incolerent, fub fua retenturum poteftate, fi amicis fuis oppida tuenda tradidiffet, quibus, fe oppreffo, nulla fpes falutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa cuftodia crederetur. Hic, cum crebri adferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique ab Scythis, Miltiades

hor-

hortatus eſt pontis cuſtodes: ne a fortuna datam occaſionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam ſi cum his copiis, quas ſecum transportaverat, interiſſet Darius, non ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos, qui Aſiam incolerent, Graeci genere, liberos a Perſarum futuros dominatione et periculo. Id facile effici poſſe. Ponte enim reſciſſo regem vel hoſtium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc conſilium quum plerique accederent, Hiſtiaeus Mileſius, ne res conficeretur, obſtitit, dicens: non idem ipſis, qui ſummas imperii tenerent, expedire, et multitudini; quod Darii regno ipſorum niteretur dominatio. Quo exſtincto ipſos poteſtate expulſos civibus ſuis poenas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere a ceterorum conſilio, ut nihil putet ipſis utilius, quam confirmari regnum Perſarum. Hujus quum ſententiam plurimi eſſent ſecuti, Miltiades non dubitans, tam multis conſciis, ad regis aures conſilia ſua perventura, Cherſoneſum reliquit, ac rurſus Athenas demigravit. Cujus ratio etſi non valuit, tamen magnopere eſt laudanda, cum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi.

IV. Darius autem, quum ex Europa in Aſiam rediſſet, hortantibus amicis, ut Graeciam

ciam redigeret in ſuam poteſtatem, claſſem quingentarum navium comparavit, eique Datim praefecit, et Artaphernem; hisque ducenta peditum millia, et decem equitum dedit, cauſam interferens: ſe hoſtem eſſe Athenienſibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis expugnaſſent, ſuaque praeſidia interfeciſſent. Illi praefecti regii claſſe ad Euboeam appulſa celeriter Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Aſiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abeſt ob oppido circiter millia paſſuum decem. Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nusquam, niſi a Lacedemoniis, petiverunt: Phillipidemque curſorem ejus generis, qui hemerodromi vocantur, Lacedaemonem miſerunt, ut nunciaret, quam celeri opus eſſet auxilio. Domi autem creant decem praetores, qui exercitui praeeſſent, in eis Miltiadem, inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus ſe defenderent, an obviam irent hoſtibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maxime nitebatur ut primo quoque tempore caſtra fierent, id ſi factum eſſet, et civibus animum acceſſurum, quum viderent, de eorum virtute non deſperari;

rari: et hoſtes eadem re fore tardiores, ſi anim adverterent, auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare.

V. Hoc tempore nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit, praeter Plataeenſes; ea mille miſit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa ſunt: quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum eſt, ut plus quam collegae, Miltiades valuerit; ejus enim auctoritate impulſi Athenienſes, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo caſtra fecerunt. Deinde poſtero die ſub montis radicibus, acie e regione inſtructa, nova arte, vi ſumma proelium commiſerunt (namque arbores multis locis erant ſtratae), hoc conſilio ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hoſtium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etſi non aequum locum videbat ſuis, tamen fretus numero copiarum ſuarum confligere cupiebat; eoque magis, quod, priusquam Lacedaemonii ſubſidio venirent, dimicare, utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, proeliumque commiſit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, ut decemplicem numerum hoſtium profligarent: adeoque perterruerunt, ut Perſae non caſtra,

ſed

ſed naves peterent. Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes proſtravit.

VI. Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi ſit tributum, docere. Quo facilius intelligi poſſit, eandem omnium civitatum eſſe naturam. Ut populi noſtri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque cauſam glorioſi; nunc autem effuſi, atque obſoleti: Sic olim apud Athenienſes fuiſſe reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Graeciam liberavit, talis honos tributus eſt, in porticu, quae Poecile vocatur, ut, quum pugna depingeretur Marathonia, in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, proeliumque committeret. Idem ille populus, poſteaquam majus imperium eſt nactus, et largitione magiſtratuum corruptus eſt, trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decrevit.

VII. Poſt hoc proelium claſſem ſeptuaginta navium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, ut inſulas, quae barbaros adjuverant, bello perſequeretur. Quo imperio pleraſque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum inſulam opibus elatam quum oratione reconciliare non poſſet, copias, e navibus

vibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit: deinde vineis ac testudinibus constitutis, propius muros accessit. Quum jam in eo esset, ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classiariis regiis datum. Quo factum est, ut et Parii a deditione deterrerentur, et Miltiades timens, ne classis regia adventaret, incensis operibus, quae statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo proditionis, quod, quum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus a pugna discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus Tisagoras. Caussa cognita, capitis absolutus pecunia multatus est. Eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere non poterat, in vincula publica coniectus est, ibique diem obiit supremum.

VIII. Hic

VIII. Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit caussa damnationis. Nam Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Miltiades multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus praesertim, quum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem tyrannusque fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur, et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Sed in Miltiade erat cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Haec populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

II. Themistocles.

I. Themistocles Neocli filius Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiae magnis sunt

 emen-

emendata virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt ordiendum. Pater ejus Neocles generoſus fuit. Is uxorem Halicarnaſſiam civem duxit, ex qua natus eſt Themiſtocles. Qui quum minus eſſet probatus parentibus, quod et liberius vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus eſt. Quae contumelia non fregit eum ſed erexit. Nam quum judicaſſet, ſine ſumma induſtria non poſſe eam exſtingui, totum ſe dedit reipublicae, diligentius amicis, famaeque ſerviens. Multum in judiciis privatis verſabatur, ſaepe in concionem populi prodibat, nulla res major ſine eo gerebatur, celeriterque, quae opus erant, reperiebat: quod et de inſtantibus, (ut ait Thucydides) veriſſime judicabat, et de futuris callidiſſime conjiciebat. Neque minus, in rebus gerendis promtus, quam excogitandis, erat. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.

II. Primus autem gradus fuit capeſſendae reipublicae bello Corcyraeo: ad quod gerendum praetor a populo factus, non ſolum praeſenti bello, ſed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam quum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magiſtratuum quotannis interiret, ille perſuaſit

popu-

populo, ut ea pecunia claſſis centum navium aedificaretur. Qua celeriter effecta primum Corcyraeos fregit, deinde maritmos praedones conſectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritiſſimos belli navalis fecit Athenienſes. Id quantae ſaluti fuerit univerſae Graeciae bello cognitum eſt Perſico. Nam quum Xerxes et mari et terra bellum univerſae inferret Europae, cum tantis eam copiis invaſit, quantas neque antea, neque poſtea habuit quisquam; hujus enim claſſis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum ſequebantur: terreſtres autem exercitus ſeptingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Graeciam eſſet perlata, et maxime Athenienſes peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam, miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, ut moenibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo valeret, quum intelligeret nemo, Themiſtocles perſuaſit; conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent, eum enim a Deo ſignificari murum ligneum. Tali conſilio probato addunt ad ſuperiores totidem naves triremes: ſuaque omnia, quae moveri

poterant, partim Salaminem, partim Troezenem aſportant; arcem ſacerdotibus paucisque majoribus natu, ac ſacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

III. Hujus conſilium plerisque civitatibus diſplicebat, et in terra dimicari magis placebat. Itaque miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hoſtium non ſuſtinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At claſſis communis Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Athenienſium, primum apud Artemiſium, inter Euboeam continentemque terram cum claſſiariis regis conflixit. Anguſtias enim Themiſtocles quaerebat, ne multitudine circumiretur. Hic etſi pari proelio diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere: quod erat periculum, ne, ſi pars navium adverſariorum Euboeam ſuperaſſet, ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt, ut ab Artemiſio diſcederent; et exadverſum Athenas apud Salamina claſſem ſuam conſtituerent.

IV. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit aſtu, idque nullis defendentibus, interfectis ſacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus fama perterriti claſſiarii quum manere non auderent, et plurimi

timi hortarentur, ut domos ſuas diſcederent; moenibusque ſe defenderent; Themiſtocles unus reſtitit, et univerſos eſſe pares ajebat, diſperſos teſtabatur perituros, idque Eurybiadi Regi Lacedaemoniorum, qui tum ſummae imperii praeerat, fore affirmabat. Quem quum minus, quam vellet, moveret noctu de ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum, ad regem miſit, ut ei nunciaret ſuis verbis: adverſarios ejus in fuga eſſe; qui ſi diſceſſiſſent, majore cum labore, et longinquiore tempore, bellum confecturum, quum ſingulos conſectari cogeretur: quos ſi ſtatim adgrederetur, brevi univerſos oppreſſurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis ad pugnandum omnes cogerentur. Hac re audita, barbarus nihil doli ſubeſſe credens, poſtridie alieniſſimo ſibi loco, contra opportuniſſimo hoſtibus, adeo anguſto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo eſt magis conſilio Themiſtoclis, quam armis Graeciae.

V. Hic etſi male rem geſſerat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere poſſet hoſtes. Interim ab eodem gradu depulſus eſt. Nam Themiſtocles verens, ne bellare perſeveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Helleſponto

fece-

fecerat, diſſolveretur, ac reditu in Aſiam excluderetur. Idque ei perſuaſit. Itaque qua ſex menſibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Aſiam reverſus eſt, ſeque a Themiſtocle non ſuperatum, ſed conſervatum judicavit. Sic unius viri prudentia Graecia liberata eſt, Europae que ſuccubuit Aſia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio poſſit comparari tropaeo; nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt devicta.

VI. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, nec minor in pace. Quum enim Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienſes uterentur, hujus conſilio triplex Piraeei portus conſtitutus eſt: isque moenibus circumdatus, ut ipſam urbem dignitate aequipararet, utilitate ſuperaret. Idemque muros Athenienſium reſtituit praecipuo periculo ſuo. Namque Lacedaemonii cauſſam idoneam nacti propter barbarorum excurſiones, qua negarent oportere extra Peloponeſum ullam urbem haberi, ne eſſent loca munita, quae hoſtes poſſiderent, Athenienſes aedificantes prohibere ſunt conati. Hoc longe alio ſpectabat, atque videri volebant. Athenienſes enim duabus victoriis Marathonia, et Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes

erant

erant confecuti, ut intelligerent Lacedaemonii, de principatu ſibi cum his certamen fore. Quare eos quam infirmiſſimos eſſe volebant. Poſtquam autem audierunt muros inſtrui, legatos Athenas miſerunt, qui id fieri vetarent. His praeſentibus deſierunt, ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerunt. Hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles; et ſolus primo profectus eſt, reliqui legati ut tum exirent, quum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, praecepit: interim omnes ſervi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, ſive ſacer eſſet, ſive profanus, ſive privatus, ſive publicus; et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri ex ſacellis ſepulcrisque conſtarent.

VII. Themiſtocles autem, ut Lacedaemonem venit, adire ad magiſtratus noluit, et dedit operam, ut quam longiſſime tempus duceret: cauſſam interponens, ſe collegas exſpectare. Quum Lacedaemonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque in ea re conari fallere, interim reliqui legati ſunt conſecuti: a quibus quum audiſſet non multum ſupereſſe munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum acceſſit, penes quos ſummum imperium erat, atque apud eos contendit, falſa his eſſe delata: quare aequum eſſe, illos

illos viros bonos, nobiles que mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, tresque legati functi ſummis honoribus, Athenas miſſi ſunt. Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci: eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipſe eſſet remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, ad magiſtratum, ſenatumque Lacedaemoniorum adiit, et apud eos liberrime profeſſus eſt, Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poſſent, Deos publicos, ſuosque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe. Neque eo; quod inutile eſſet Graeciae feciſſe; nam illorum urbem, ut propugnaculum, oppoſitam eſſe barbaris, apud quam jam bis claſſis regia feciſſet naufragium. Lacedaemonios autem male et injuſte facere, qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſae Graeciae utile eſſet. Quare ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remitterent; aliter illos nunquam in patriam recepturi.

VIII. Tamen non effugit civium ſuorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, teſtarum ſuffragiis e

civi-

civitate ejectus, Argos habitatum conceſſit. His quum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret; Lacedaemonii legatos Athenas miſerant, qui eum abſentem accuſarent, quod ſocietatem cum rege Perſarum ad Graeciam opprimendam feciſſet. Hoc crimine abſens proditionis eſt damnatus. Id ut audivit, quod non ſatis tutum ſe Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi quum ejus principes civitatis animadvertiſſet timere, ne propter ſe bellum eis Lacedaemonii et Athenienſes indicerent, ad Admetum Moloſſorum regem, cum quo ei hoſpitium fuit, confugit. Huc quum veniſſet, et in praeſentia rex abeſſet, quo majore religione ſe receptum tueretur, filiam ejus parvulam abripuit, et cum ea ſe in ſacrarium, quod ſumma colebatur caeremonia, conjecit. Inde non prius egreſſus eſt, quam rex eum data dextra in fidem reciperet: quam praeſtitit. Nam quum ab Athenienſibus, et Lacedaemoniis expoſceretur publice, ſupplicem non prodidit; monuitque, ut conſuleret ſibi; difficile enim eſſe in tam propinquo loco tuto eum verſari. Itaque Pydnam eum deduci juſſit, et, quod ſatis eſſet praeſidii, dedit. Hac re audita hic in navem omnibus ignotus aſcendit. Quae quum tempeſtate maxima Naxum ferretur, ubi tum Athe-

Athenienſium erat exercitus, ſenſit Themiſto-cles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum. Hac neceſſitate coactus domino navis, qui ſit aperit, multa pollicens, ſi ſe conſervaſſet. At ille clariſſimi viri captus miſericordia, diem noctemque procul ab inſula in ſalo navem te-nuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire paſſus eſt. Inde Epheſum pervenit, ibique Themi-ſtoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam poſtea retulit.

IX. Scio plerosque ita ſcripſiſſe, Themi-ſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe. Sed ego potiſſimum Thucididi credo, quod aetate proximus erat, qui illorum temporum hiſto-riam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum veniſſe, at-que his verbis epiſtolam miſiſſe. Themiſtocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, cum mihi neceſſe fuit adverſum patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, poſt-quam in tuto ipſe, et ille in periculo eſſe coepit. Nam quum in Aſiam reverti vellet, proelio apud ſalami-na facto; literis eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, at-que ab hoſtibus circuiretur: quo nuntio ille pe-riculo eſt liberatus. Nunc ad te autem confugi

exa-

exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum colloqui volo, annum mihi temporis des, eoque transacto me ad te pervenire patiaris.

X. Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque, talem virum ſibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus literis, ſermonique Perſarum dedit, quibus adeo eruditus eſt, ut multo commodius dicatur apud regem verba feciſſe, quam hi poterant, qui in Perſide erant nati. Hic quum multa regi eſſet pollicitus, gratiſſimumque illud, ſi ſuis uti conſiliis vellet, illum Graeciam bello oppreſſurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiae ſibi conſtituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his uſus verbis, quae ei panem praeberet; ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: Lampſacum, unde vinum ſumeret; Myuntem, ex qua obſonium haberet. Hujus ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo, ſepulcrum prope oppidum, in quo eſt ſepultus: ſtatuae in foro Magneſiae. De cujus morte multis modis apud pleroſque ſcriptum eſt: ſed

ſed non eundem potiſſimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magneſiae morbo mortuum: neque negat, fuiſſe famam, venenum ſua ſponte ſumſiſſe, quum ſe, quae Regi de Graecia opprimenda pollicitus eſſet, praeſtare poſſe deſperaret. Idem oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus, memoriae prodidit.

III. Hannibal.

III. Hannibal Hamilcaris filius Carthaginenſis. Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit: non eſt inficiandum, Hanibalem (*tanto*) praeſtitiſſe ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescunque cum eo congreſſus eſt in Italia, ſemper diſceſſit ſuperior. Quod niſi domi civium ſuorum invidia debilitatus eſſet, Romanos videretur ſuperare potuiſſe. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic confirmavit, ut prius animam, quam id depoſuerit; qui quidem quum patria pulſus eſſet, et alienarum opum indi-

indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

II. Nam, ut omittam Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis: omnium his temporibus potentissimus Rex Antiochus fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque a rubro mari arma conatus sit inferre Italiae. Ad quem quum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum, alia atque antea sentire: neque id frustra fecissent, idque Hannibal comperisset, seque ab interioribus consiliis segregari vidisset: tempore dato adiit ad regem, eique, quum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: Pater, inquit, meus Hamilcar, puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Iovi optimo maximo hostias immolavit. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit ex me, vellemne secum in castra proficisci? Id quum libenter accepissem, atque ab eo petere coepissem, ne dubitaret ducere, tum ille, faciam, inquit, si fidem mihi, quam postulo, dederis. Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat; eamque cet-

ceteris remotis, tenentem jurare juffit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jus jurandum, patri datum, ufque ad hanc aetatem ita confervavi; ut nemini dubium effe debeat, quin reliquo tempore eadem mente fim futurus. Quare, fi quid amice de Romanis cogitabis; non imprudenter feceris, fi me celaris. Quum quidem bellum parabis, te ipfum fruftraberis, fi non me in eo principem pofueris.

III. Hac igitur, qua diximus, aetate cum patre in Hifpaniam profectus eft; Cujus poft obitum, Hasdrubale imperatore fuffecto, equitatui omni praefuit. Hoc quoque interfecto, exercitus fummam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum eft. Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus, imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hifpaniae bello fubegit. Saguntum foederatam civitatem, vi expugnavit. Tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam mifit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hifpania reliquit: tertium in Italiam fecum duxit. Saltum Piraeneum tranfiit. Quacunque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit: neminem nifi victum, dimifit. Ad Alpes pofteaque venit, quae Italiam a Gallia fejungunt,

quas nemo unquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Grajum, tranſierat, quo facto is hodie ſaltus Grajus appellatur, Alpicos conantes prohibere tranſitu, concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit (*que*) ut ea Elephantus ornatus ire poſſet, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.

IV. Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipiono Coſ. eumque pepulerat. Cum hoc eodem de Claſtidio apud Padum decernit: ſaucium inde ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adverſus eum venit. Cum his manum conſeruit: utrosque profligavit. Inde per Ligures Apenninum tranſit, petens Etruriam. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut poſtea numquam dextero aeque bene uſus ſit. Qua valetudine quum etiam nunc premeretur, lecticaque ferretur, C. Flaminium Cos. apud Traſimenum cum exercitu inſidiis circumventum occidit, neque multo poſt C. Centenium praetorem, cum delecta manu ſaltus occupantem. Hinc in Apuliam pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo Conſules: C. Terentius, ut L. Paullus Aemilius. Utriusque exercitus uno preelio fugavit; Paullum Conſulem occi-

occidit, et aliquot praeterea Conſulares, in his Cn. Servilium Geminum, qui anno ſuperiore fuerat Conſul.

V. Hac pugna pugnata, Romam profectus nullo reſiſtente, in propinquis urbis montibus moratus eſt. Quum aliquot ibi dies caſtra habuiſſet, et reverteretur Capuam: Q. Fabius Maximus dictator Romanus in agro Falerno ſe ei objecit. Hic, clauſis locorum anguſtiis, noctu ſine ullo detrimento exercitus ſe expedivit. Fabio callidiſſimo imperatori verba dedit. Namque obducta nocte, ſarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam diſpalatam immiſit. Quo repertino objectu viſo, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo ſit auſus. Hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus, M. Munucium Rufum magiſtrum equitum, pari ac dictatorem imperio, dolo productum in proelium fugavit. Ti. Sempronium Grachum, iterum Conſulem, in Lucanis abſens, in inſidias inductum ſuſtulit. M. Claudium Marcellum quinquies Conſulem apud Venuſiam pari modo interfecit. Longum eſt enumerare proelia. Quare hoc unum ſatis erit dictum, ex quo intelligi poſſit, quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie reſti-

restitit, ne adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit.

VI. Hic invictus patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionem filium, quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, exhaustis jam patriae facultatibus, cupivit in praesentiarum bellum componere, quo valentior postea congrederetur. In colloquium convenit, conditiones non convenerunt. Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit; pulsus (*incredibile dictu*) biduo, et duabus noctibus Adrumetum pervenit, quod abest a Zama circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidae, qui simul cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit. Novis delectibus paucis diebus multos contraxit.

VII. Quum in apparando acerrime esset occupatus, Karthaginenses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo secius exercitui postea praefuit, resque in Africa gessit (itemque Mago frater ejus) usque ad P. Sulpitium et C. Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Karthaginenses Romam venerunt, qui senatui, populoque Romano gratias agerent, quod

cum his pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis essent, captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, et nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Karthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Hic, ut rediit, praetor factus est, postquam rex fuerat anno secundo, et vicesimo. Ut enim Romae Consules, sic Karthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal praebuit, ac fuerat in bello. Namque effecit ex novis vectigalibus non solum, ut esset pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur, sed etiam superesset, quae in aerario poneretur. Deinde, anno post Praeturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coss. Romani legati Karthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus, prius quam his senatus daretur, navem conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Poeni naves duas, quae eum com-

comprehenderent, si possent sequi, miserunt: bona ejus publicarunt: domum a fundamentis disjecerunt: ipsum exulem judicarunt.

VIII. At Hannibal anno tertio, postquam domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio Coss. cum quinque navibus Africam accessit, in finibus Cyrenaeorum, si forte Karthaginenses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque inducere posset: cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc Magonem fratrem excivit. Id ubi Poeni rescivetunt, Magonem eadem, qua fratrem, poena affecerunt. Illi, desperatis rebus, quum solvissent naves, ac vela ventis dedissent: Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est. Namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis, de summa imperii dimicasset. Quem, etsi multa stulte conari videbat; tamen nulla deseruit in re. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque adversus Rhodiorum classem in Pamphylio mari conflixit. Quo

cum multitudine adverſariorum ſui ſuperarentur; ipſe, quo cornu rem geſſit, fuit ſuperior.

IX. Antiocho fugato, verens, ne dederentur, quod ſine dubio accidiſſet, ſi ſui feciſſet poteſtatem, Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo ſe conferret, conſideraret. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore periculo, niſi quid providiſſet, propter avaritiam Cretenſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famam. Itaque capit tale conſilium. Amphoras complures complet plumbo: ſummas operit auro et argento. Has, praeſentibus principibus, deponit in templo Dianae: ſimulans, ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, ſtatuas aeneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet; easque in propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille, inſcientibus his, tolleret, ſecumque duceret.

X. Sic conſervatis ſuis rebus, Poenus, illuſis Cretenſibus omnibus, ad Pruſiam in pontum pervenit. Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque aliud quidquam egit, quam regem armavit, et exercuit adverſus Romenos. Quem

Quem quum videret domeſticis rebus minus eſſe robuſtum, conciliabat ceteros reges, adjungebatque bellicoſas Nationes. Diſſidebat ab eo Pergamenus rex Eumenes, Romanis amiciſſimus, bellumque inter eos gerebatur, et mari, et terra: quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum ſocietatem: quem ſi removiſſet, faciliora ſibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Claſſe paucis diebus erant decreturi. Superabatur navium multitudine. Dolo erat pugnandum, quum par non eſſet armis. Imperavit quam plurimas venenatas ſerpentes vivas colligi, easque in vaſa fictilia conjici. Harum quum confeciſſet magnam multitudinem, die ipſo, quo facturus erat navale proelium, claſſiarios convocat, hisque praecipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum ſatishabeant ſe defendere: id facile illos ſerpentium multitudine conſecuturos. Rex autem in qua nave veheretur, ut ſcirent, ſe facturum: quem ſi aut cepiſſent, aut interfeciſſent, magno his pollicetur praemio fore.

XI. Tali cohortatione militum facta, claſſis ab utriusque in proelium deducitur. Quarum acie conſtituta, priusquam ſignum pugnae daretur

retur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo mittit; qui ubi ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quaerere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat, se recepit. At Eumenes soluta epistola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret. Cujus etsi caussam mirabatur, neque reperiebatur, tamen proelium statim committere non dubitavit. Horum in concursu Bythini, Hannibalis praecepto, universi navem Eumenis adoriuntur. Quorum vim quum rex sustinere non posset, fuga salutem petiit; quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se recepisset, quae in proximo litore erant collocata. Reliquae Pergamenae naves quum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepta sunt; quae jacta initio risum pugnantibus excitarunt, neque, quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, quum, quid potissimum vitarent, non viderent, puppes averterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt.

Sic

Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque tum solum, sed saepe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

XII. Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae Romae apud L. Quintum Flamininum consularem coenarent, atque ibi, de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Prusiae regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui, Hannibale vivo, nunquam se sine insidiis futuros, existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flamininum, qui a rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibique dederet. His Prusias negare ausus non est. Illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset; ipsi si possent, comprehenderent: locum, ubi esset; facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet, semper verens, ne usu eveniret, quod accidit. Huc quem legati Romanorum venissent, ac multitudine domum ejus circumdedissent puer ab janua prospiciens, Hannibali dixit, plures praeter consuetudinem armatos apparere, qui

qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circum iret, ac propere ſibi renunciaret, num eodem modo undique obſideretur. Puer quum celeriter, quid eſſet, renunciaſſet, omnesque exitus occupatos oſtendiſſet: ſenſit, id non fortuito factum, ſed ſe peti: neque ſibi diutius vitam eſſe retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor priſtinarum virtutum, venenum, quod ſemper ſecum habere conſueverat, ſumſit. Sic vir fortiſſimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit ſeptuageſimo.

XIII. Quibus conſulibus interierit, non convenit. Nam Atticus, Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coſs. mortuum, in annali ſuo ſcriptum reliquit. At Polybius, L. Aemilio Paullo, et Cn. Baebio Tamphilo: Sulpitius autem, P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. Atque hic tantus vir tantisque bellis diſtrictus non nihil temporis tribuit literis. Namque aliquot ejus libri ſunt, graeco ſermone confecti: in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis. Hujus bella geſta multi memoriae prodiderunt: ſed ex his duo, qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerunt,

quam-

quamdiu fortuna paſſa eſt, Silenus et Soſilus Lacedaemonius. Atque hoc Soſilo Hannibal literarum graecarum uſus eſt doctore. Sed nunc tempus eſt hujus libri facere finem: et Romanorum explicare imperatores; quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari.



MUZELIANI INFUNDIBULI CLAVIS.

Caput I.

1. Si, conjunct. Wenn
2. *Specto*, as, avi, atum, are, *a specio obsoleto*, öfters sehen, prüfen, zielen. Hoc eo spectat.
3. *Forma*, ae, *f.* die natürliche Gestalt, *Figura*, die zufällige.
4. *Numa*, ae, *m.* der Nachfolger des Romulus.
5. *Caesar*, ăris, *m.* ein römischer Feldherr, und Geschichtschreiber in dem goldenen Zeitalter.
6. *repêrio*, is, pĕri, pertum, ire, *re - pario*, wieder, schaffen, finden, bemerken.
7. *quod*, conj. daß, weil.
8. *valde*, *ppr. valide*, kräftig, hernach sehr, heftig, stark.
9. *dissimĭlis*, *e*, *dis - similis*, unähnlich; dissimilior, dissimillimus.
10. *Nasica*, ae, ein edler Römer. Nasica accepit, templi tunc exstitit auctor.
11. *Diversitas*, atis, *f. dis - verto*, Verschiedenheit, Unterschied.
12. *bonus*, a, um, gut, *ppr. prosum*, melior, optĭmus.
13. *et*, conjunct. und *ppr. est.*
14. *utilis*, e, nützlich, was sich brauchen, anwenden läßt, *utor*.
15. *nam*, conjunct. denn, *fluit. manat enim effectus ex causa.*
16. *quomŏdo*, qui, ae, od, modus, i, auf welche Weise; gleichwie, so wie.

17. *pos-*

17. *possum*, es, sse, *potis sum*, ich bin vermögend, ich kann, es ist mir nicht unmöglich

18. *dignosco*, is, nōvi, nōtum, ere, *dis-nosco*, auseinander kennen, unterscheiden.

19. *O*! Der Ausruf bey Freude, Traurigkeit, Wunsch, Verwunderung.

20. Meus, a, um, Mein, meine, mein. Mei, die Meinigen, Mea, das Meinige, das Vermögen.

21. *Carus*, a, um, theuer, kostbar, ausgesucht.

22. *socius*, ii, *m.*, einer, der begleitet, *a sequor*, Gesellschafter.

23. *a*, *vel ab*, von, in Ansehung, wegen.

24. *nisi*, *si-non*, wenn nicht, außer.

25. *Nasus*, us, *m. fluens*, die Nase.

26. *mentum*, i, *n*, *quasi movimentum*, Kinnbacken; in der Baukunst das Hauptgesimse.

27. *Color*, oris, *m.* die Farbe.

28. *frons*, tis, *f.* die Stirn; bey der Armee die erste Reihe; die Außenseite einer Sache, der Anfang, *cura*, *quia frons curarum index est. Voss. Etymol.*

29. *Os*, oris, *n.* Mund *dicens*, hernach Aus- und Einfluß eines Stromes, Mündung, Oeffnung. Osculum, ein kleiner Mund, Mäulchen, Kuß.

30. *totus*, a, um, totīus, toti, ganz, gänzlich, insgesammt.

31. *Vultus*, us, *m.* die Mienen, *a volo*, *vis*, *quia voluntatis index est*, vultuosus, voller Mienen, unnatürlich, affektirt.

32. *facies*, ei, *f.* Das Gesicht, oder der auffallendste Theil, wodurch ein Ding von dem andern unterschieden wird, *facio*.

33. *vox*, cis, *f.* Stimme, Laut, Schall, Rede, *idem ac loqui*.

34. *gestus*, us, *m.* Gebärden in der Leibesstellung, und Handlungen, Mienen sitzen in dem Gesichte.

35. *Incessus*, us, *m.* der Gang, *in-cedo*, einher gehen.

36. *Cum*, conjunct. da als, wann.

37. *ve-*

37. *vero*, *ppr.* wahrhaftig von *verus*, *a*, *um*, aber.

38. *genae*, arum, *f.* Backen, Wangen; so nannten sie die alten Römer.

39. *Malae*, arum, *f.* Backen, Wangen; so wurden sie von den spätern Römern genennet, *infra oculos malae*, *quas prisci genas vocabant. Plin.*

40. *Oculus*, i, *m.* das Auge.

41. *Pupilla*, ae, *f.* der Augapfel.

42. *Cilium*, ii, *n.* Augenwimper, *movens.*

43. *auris*, is, *f.* das Ohr.

44. *Os*, ossis, *n.* der Knochen, Gebein.

45. *genu*, u, *n.* Knie.

46. *ac*, und, als aeque ac, simul ac.

47. *reliqui*, ae, a, übrig.

48. *Artus*, us, *m.* Glieder, besonders die größern, Kopf, Hände &c.

49. *diversus*, a, um, unterschieden, verschieden, *disverto.*

50. *ideo*, conj. *id - eo fine*, dieses aus der Absicht, deßwegen, daher.

51. *alius*, a, ud, alius, alii, ein anderer; alter, era, rum, der andere; zweymal alius, einer, der andere.

52. *femina*, ae, *f.* Frau, Weibsperson.

53. *Vir*, i, *m.* Mann, besonders ein tapferer, *vis.*

54. *senex*, is, bejahrt, alt, Greis.

55. *infans*, tis, *m.* unmündig, unberedt, *infari.*

56. *juvĕnis*, is, der in seinen besten Jahren ist, ein junger Mann, Jüngling, *quasi juvantes rempublicam.*

57. *lineamentum*, i, *n.* Zeichnung, Züge des Gesichtes. lineo, zeichnen.

58. *nares*, ium, *f.* die Nasenlöcher.

59. *labia*, orum, *n.* die Lippen, Lefzen.

60. *idcirco*, *id - circa*, um dieses herum, deswegen, in so fern.

61. *noster*, stra, um, unser.

62. *ancilla*, ae, *f.* Dienstmagd, *ministrans.*

63. *servus*, i, *m.* ein Sclave, ein im Kriege Gefangener, dem das

Leben

Leben geschenkt wurde, *servo*, *as*, *are*.

64. *parens*, tis, Vater, oder Mutter, plur. die Aeltern.

65. *frater*, tris, *m.* der Bruder.

66. *soror*, oris, *f.* Schwester.

67. *socer*, ĕri, *m.* Schwiegervater.

68. *gener*, ĕri, *m.* Schwiegersohn, Eidam.

69. *socrus*, us, *f.* Schwiegermutter.

70. *nurus*, us, *f.* Schwiegertochter.

71. *nepos*, ōtis, *m.* Enkel, auch Neffe.

72. *neptis*, is, *f.* Enkelinn, auch Nichte.

73 *patruus*, ui, *m.* Vatersbruder.

74. *avuncŭlus*, i, *m.* Muttersbruder.

75. *amĭta*, ae, *f.* des Vaters Schwester.

76. *matertĕra*, ae, *f.* der Mutter Schwester.

77. *imo*, ja zuletzt, ja vielmehr, nein im Gegentheile.

78. *omnis*, e, alle, ohne Unterschied, *universus*, alle auf einmal.

79. *homo*, inis, *m.* Mensch, *humus*.

80. *vitrĭcus*, i, *m.* Stiefvater. *ppr. in locum patris.*

81. *Noverca*, ae, *f.* Stiefmutter.

82. *privignus*, i, *m.* Stiefsohn; *privigna*, ae, *f.* Stieftochter.

83. *levir*, ĭri, *m.* Schwager, *glos*, Schwägerinn; *usitatum non - nisi in Nom. glos.*

84. *enim*, denn, nachgesetzt.

85. *balbus*, a, um, lallend, stammelnd, die zu reden erst anfangen, und noch nicht alle Buchstaben z. B. das R., aussprechen können.

86. *gibbosus*, a, um, buckelicht, höckerig.

87. *lippus*, a, um, triefäugig.

88. *strabo*, onis, schielend.

89. *calvus*, a, um, kahl, ohne Haar.

90. *mutĭlus*, a, um, gestümmelt

91. *scaevus*, a, um, links, verkehrt; daher ungeschickt, albern.

92. *mancus*, a, um, mit einer Hand verstümmelt.

93. *Nanus*, i, *m.*, Zwerg.

94. *aut*, oder; aut-aut, entweder, oder.
95. *Gigas*, antis, *m.* ein Erdensohn, etwa auch ein Riese; sonst colossus humanus, oder, homo immensa proceritate.
96. *non*, nicht, nein.
9 . *volo*, vis, velle, wollen. Velim, ich wünsche.
98. *dico*, is, xi, ctum, ere, reden, sagen, bestimmen; *diem*.
99. *de*, von, in Ansehung, wegen.
100. *caeteri*, ae, a, und die andern, die übrigen.
101. *membrum*, i, *n.* Glied, die kleinern.
102. *atque*, und, *adeo*, so; atque adeo, ja sogar.
103. *aliquis*, a, od, jemand, etwas; nach *si*, *ne*, *num* wird *ali* ausgelassen.
104. *rarus*, a, um; was nicht dicht ist, löcherig, selten.
105. *notabilis*, e, bemerkbar, auffallend, auszeichnend; *noto*, *as.*
106. *geminus*, a, um, zwey, doppelt; *gemini* Zwillinge.
107. *similis*, e, ähnlich.
108. *sui*, sibi, se, seiner,
109. *pars*, tis, *f.* Theil, *separatus.*
110. *uti*, wie, gleichwie.
111. *nec*, contract. neque, und nicht, auch nicht.
112. *Ovum*, i, *n.* das Ey.
113. *ita*, so, also.
114. *ut*, daß.
115. *discerno*, is, crevi, cretum, ere; unterscheiden, absondern.
116. *nequeo*, is, ivi, ire, nicht können, *nequeo.*

Caput II.

1. V*erum*, wahrhaftig, allein, aber, nun aber.
2. *quemadmŏdum*, qui, ae, od, ad, modus, i, auf welche Weise, gleichwie, wie.
3. *consto*, as, stĭti, are, bestehen, unveränderlich bleiben, übereintreffen, zu stehen kommen, tribus florenis, *con - sto.*
4. *Corpus*, ŏris, *n.* Leib, Körper.
5. *animus*, i, *m.* die Seele, der Athem, die Luft, das Leben.

6. *sie*

6. *sic*, so, also, dergestalt; *hoc modo.*
7. *audeo*, es, ausus sum, audere, sich unterstehen, sich erkühnen.
8. *affirmo*, as, avi, atum, are, befestigen, bestättigen, bejahen, behaupten; *ad-firmus.*
9. *differo*, ers, distuli, dilatum, ferre, schieben, theilen, aufschieben, unterschieden seyn. *dis-fero.*
10. *tantum*, so viel.
11. *quantum*, wieviel.
12. *filius*, ii, *m.* ein Sohn.
13. *solum*, allein.
14. *sed*, sondern, aber, allein.
15. *etiam*, und schon, auch; *et-jam.*
16. *attamen*, aber doch, *at-tamen.*
17. *ille*, a, ud, illīus, illi, derselbe, jener, er, sie, es; bezieht sich auf das entfernte Subjekt in Zusammenkunft mit hic, aec, oc.
18. *hirsūtus*, a, um, rauh, zottigt.
19. *amo*, as, avi, atum, are, lieben, amans, tis, Liebhaber.
20. *venatio*, onis, *f.* Jagd; *venor.*
21. *hic*, aec, oc, dieser; bezieht sich auf das nähere Subjekt.
22. *glaber*, bra, brum, glatt, ohne Haar.
23. *agricultura*, ae, *f.* Ackerbau; *ager-colo.*
24. *adhaec*, zu diesem, zudem, überdieß.
25. *modestus*, a, um, bescheiden, *modum-tenens.*
26. *ingenium*, ii, *n.* was angebohren ist; *gigno*, Naturell, Geschicklichkeit, Witz, Scharfsinn.
27. *autem*, aber; nachgesetzet.
28. *ferox*, ocis, wild, muthig; *ferus.*
29. *discrimen*, inis, *n.* Unterschied, Gefahr, *discerno.*
30. *tantum*, allein, so fast, so viel.
31. *inter*, unter, zwischen.
32. *puella*, ae, *f.* das Mädchen.
33. *puer*, eri, *m.* der Knabe.
34. *vicenarius*, a, um, von zwanzig Pfund, Jahren.

35. *tricenarius*, a, um, von dreyßig Pfund, Jahren.

36. *octogenarius*, a, um, achtzigjährig.

37. *nonagenarius*, a, um, neunzigjährig.

38. *centenarius*, a, um, hundertjährig.

39. *decrepitus*, a, um, sehr alt, abgelebt; *crepo*, Krachen.

40. *anus*, us, *f.* eine bejahrte Frau; *ppr. idem ac circulus*.

41. *aequalis*, e, gleich, vom Alter, Stand, Würde.

42. *idem*, eädem, idem, ejusdem, eidem, eben derselbe, einerley.

43. *sexus*, us, *m.* das Geschlecht, männliche, weibliche.

44. *curiosus*, a, um, sorgfältig, neugierig; *cura*.

45. *res*, ei, *f.* Sache.

46. *incuriosus*, a, um, sorglos, nachläßig, unbekümmert; *in - cura*.

47. *cupidus*, a, um, begierig; *cupio*.

48. *laus*, dis, *f.* Lob; *vox populi*.

49. *gloria*, ae, *f.* Ruhm; *lingua*, weit und breit reden von jemanden; praefiscine dixerim, ohne Ruhm zu melden.

50. *studiosus*, a, um, eifrig, begierig, günstig; *studeo*.

51. *liberalis*, e, edel, frey, gütig, dienstfertig, freygebig.

52. *Ars*, tis, *f.* Kunst, Wissenschaft, Handwerk, List, Ränke.

53. *fastidiosus*, a, um, der einen Eckel hat; *cum fastu aspernari*; sonst delicatus.

54. *litera*, ae, *f.* Buchstab, jede Schrift, Brief, Gelehrsamkeit, Studien, Wissenschaft, *lino*, *litum*.

55. *imperitus*, a, um, unerfahren; *in - peritus*.

56. *rudis*, e, roh, rauh, ungebildet, ungeschickt, unwissend; *virga*, *non polita*.

57. *contra adv.* hingegen, gegenüber, anderst; praep. wider, gegen.

58. *doctus*, a, um, gelehrt, geschickt.

59. *pila*, ae, *f.* Ball, *rotundus*.

60. *trochus*, i, *m.* Kreisel; *inventum graecorum*; *circulus*

nem-

nempe, seu rota, quam pueri impulsu circum agebant.

61. *capax*, acis, fähig, vielfassend, weit; *capio.*

62. *Vinum*, i, *n.* Wein; *vitis.*

63. *cibus*, i, *m.* Speise; *satians.*

64. *quam*, als, bey comparat.

65. *eruditio*, onis, *f.* Ausbildung, Unterweisung, Gelehrsamkeit; *e - rudis.*

66. *multus*, a, um, viel, *idem ac plenus*, plus, plurimus.

67. *socors*, ordis, träge, sorglos, unachtsam, schläfrig; *sine corde.*

68. *improvidus*, a, um, unvorsichtig; *in-pro - video.*

69. *futurus*, *a*, *um*, künftig.

70. *securus*, a, um, sorglos; *sine - cura.*

71. *etsi*, und wenn, obgleich, wenn schon, *et - si.*

72. *immineo*, es, ui, ere, hinhangen nach etwas, nahe seyn, bevorstehen, *in - mineo.*

73. *Caput*, itis, *n.* Haupt, Kopf, Quelle, Anführer, Hauptstück, Leben, Kapitel, *cacumen.*

74. *anxius*, a, um, ängstig, magis, maxime anxius.

75. *timidus*, a, um, furchtsam, *timeo.*

76. *periculum*, i, *n.* Versuch, Probe, Gefahr, Proceß.

77 *ubi*, wo, als, da, nachdem.

78. *nihil*, nichts, *ne - hilum.*

79. *Syncŏpe*, es, *f.* Verkürzung; Figur in der Grammatik, wenn ein Buchstabe oder eine Sylbe eines Wortes ausgelassen wird.

80. *fidens*, tis, vertrauend, getröst; *fido.*

81. *interritus*, a, um, unerschrocken; *in - terreo.*

82. *mors*, tis, *f.* der Tod, *sors fatalis.*

83. *praecipue*, vorzüglich, *prae - capio.*

84. *conscius*, a, um, bewußt; *con - scio.*

85. *nullus*, a, um, nullius, nulli, Keiner; *non - ullus.*

86. *facĭnus*, oris, *n.* That, besonders eine böse; *facio.*

87. *intĕger*, ra, rum, unberührt, unverletzt, *in - tango.*

88. *vita*, ae, *f.* Leben, Lebensart, Lebenswandel.

89. *purus*, a, um, rein, ungefärbt, unbeschlagen; πυρ, *ignis.*

90. *scelus*, ĕris, *n.* eine gottlose That; *curvus*, *perversus.*

91. *vacuus*, a, um, leer, frey,

92. *culpa*, ae, *f.* Schuld, Versehen, Uebertretung; schuldig seyn, *aes alienum*, *debitum.*

93. *vaco*, as, avi, atum, are, frey, ledig seyn; *gradior huc illuc*, *otiosus sum.*

94. *magnus*, a, um, major, maximus, groß.

95. *solatium*, ii, *n.* Trost, *levamen.*

96. *in*, in, auf, gegen, unter.

97. *calamitas*, atis, *f.* Wetterschaden, jeder Schaden mit großem Verlurste; *calămus.*

98. *e vel ex*, aus, von, seitdem, nach, vermöge; *e diverso*, im Gegentheile.

99. *soleo*, es, solitus sum, ere, pflegen, gewohnt seyn.

100. *trepidus*, a, um, zitternd, voll Angst, *tremo.*

101. *noxius*, a, um, schädlich, schuldig, magis, maxime; *noceo.*

102. *affinis*, e, angränzend, theilhaftig, theilnehmend, verwandt, *ad - fines.*

103. *conjuratio*, onis, *f.* Zusammenverschwörung, *con - juro.*

104. *homicidium*, ii, *n.* Todtschlag, *homo - caedere.*

105. *proditio*, onis, *f.* Verrätherey, *pro - dare.*

106. *seditio*, onis, *f.* Aufruhr, *se - ire.*

107. *statim*, *adv.* stehenden Fußes, alsogleich, *sto.*

108. *conticesco*, is, ticui, ere, ganz stille werden, *os acuere.*

109. *obmutesco*, is, mutui, ere, verstummen, *usum linguae amittere*

110. *quamprimum*, sobald, als, alsbald, ehestens.

111. *convinco*, is, vici, victum, ere, überfüh-

führen, überzeugen allemal von Fehlern; so viel Gründe anbringen, daß der Fehler nicht mehr zweifelhaft könne gemacht werden.

112. *maleficium*, ii, *n.* eine böse That, Uebertretung einer Regel; *male - facio.*

113. *lingua*, ae, *f.* Zunge, *lingo.*

Caput III.

1. **V***ideo*, es, di, sum, ere, sehen, die Augen oder das Gemüth auf etwas heften.

2. *prudens*, tis, klug, providens; *pro - video.*

3. *militaris*, e, res, Kriegswesen.

4. *impatiens*, tis, ungeduldig, *in - patiens*, patior, ich werde gedrückt, leide, lasse zu.

5. *labor*, oris, *m.* ein Werk, das einem sauer wird, Arbeit.

6. *aestus*, us, m. die Hitze der Sonne, des Fiebers, der Affekte, das Brausen des Meeres.

7. *frigus*, ŏris, *n.* Kälte, das Geblüt stocket.

8. *proclivis*, e, steil, geneigt, *eminere.*

9. *ad*, zu, bey, gegen.

10. *otium*, ii, *n.* die Muße; die Zeit, in der man nach Belieben handeln darf. Auch Müßiggang, Ruhe vom Kriege; den Körper nicht bewegen; ist *quies*, *requies.*

11. *fugiens*, tis, von fugio fliehen; sich von jemanden trennen.

12. *molestia*, ae, *f.* Bemühung, drückende Last; *moles*, *moveo*, was nicht leicht zu bewegen ist.

13. *patiens*, tis, geduldig.

14. *assuetus*, a, um, gewöhnt; von unwiderstehlichen Triebe angetrieben.

15. *promtus*, a, um, bereit, fertig; *in unum congerere.*

16. *manus*, us, *f.* Hand; *moveo huc illuc.*

17. *imprudens*, tis, unvorsichtig, wider Wissen; *in - pro - videns.*

18. *gero*, is, gessi, gestum, ere, tragen, führen, verrichten, verwalten; se gerere, sich betragen.
19. *dubius*, a, um, zweifelhaft, *in duas partes distractus*.
20. *ambiguus*, a, um, zweifelhaft, zweydeutig; hin und hergetrieben.
21. *consilium*, ii, *n.* Rath, Entschluß, listiger Einfall.
22. *Synere∫is*, eos, *f.* wenn zwey Vokale in einen zusammengezogen werden.
23. *Quin*, warum nicht, ja vielmehr cum indicat. daß nicht cum conjunct. *qui ni*.
24. *a pueris*, von Jugend auf.
25. *diligens*, tis, sorgfältig, vorsichtig, hochschätzend, liebend; *dis-lego*.
26. *veritas*, atis, *f.* die Wahrheit zusammenhangend.
27. *pax*, acis, *f.* der Friede, *pango* die Gemüther der Kriegführenden werden zusammengefügt.
28. *lis*, tis, *f.* Prozeß, Zank, *solutio concordiae*.
29. *tenax*, ācis, hartnäckig, *teneo*.
30. *propositum*, i, *n.* Vorsatz, *propono*.
31. *potens*, tis, mächtig; potis.
32. *parcus*, a, um, sparsam, schonend; *parco*.
33. *pecunia*, ae, *f.* Vermögen, Geld; *pecus*, ŭdis, *vel quia nummi ove, bove signati erant*, *vel quia e pecudum corio fieri solebant Voss. Etymol.*
34. *frugis*, homo frugis, ein brauchbarer nützlicher Mensch; *ab obsol. frugo*, *usui esse*.
35. *impotens*, tis, nicht mächtig, ohnmächtig, der sich nicht mäßigen kann; *in - potens*.
36. *ira*, ae, *f.* der Zorn; *callescere*.
37. *rixa*, ae, *f.* heftiger Zank, daß man zu schäumen anfängt; *spumare*.
38. *fugax*, ācis, der leicht flieht, flüchtig, fliehend, vermeidend; *fugio*.
39. *concordia*, ae, *f.* Eintracht, *con-cor*.

40. *mutabilis*, e, veränderlich; *muto*.
41. *Eurippus*, i, *m.* ein Meerbusen zwischen Böotien und Euboea, der des Tages sieben mal Ebbe und Fluth machte, *cum impetu elabi*.
42. *septies*, siebenmal.
43. *reciproco*, as, avi, atum, are, zurückbringen, wiederhollen, wird hauptsächlich von Ebbe und Fluth gesaget; re - proco, *posco*.
44. *Dies*, ei, gen. incert. der Tag; *lucere*.
45. *nox*, tis, *f.* die Nacht; *tempus triste*.
46. *largus*, a, um, reichlich, freygebig, viel.
47. *opes*, um, *f.* die Macht, Kraft, Reichthümer, *auxilium opportunum*.
48. *prodigus*, a, um, Verschwender; *pro- agere*, *id est*, *supra modum erogare*.
49. *profusus*, a, um, unmäßig, verschwenderisch, *profundo*.
50. *bona*, orum, *n.* die Güter.
51. *appetens*, tis, begierig, *ad - peto*.
52. *alienus*, a, um, fremd, einem andern zugehörig; abgeneigt, unschicklich, *a scopo aberrans*.
53. *prorsus*, gänzlich, vorwärts, *porro - versus*.
54. *degĕner*, eris, aus der Art schlagend, ausartend, *de - genus*.
55. *nonnullus*, a, um, irgend einer, einige; *non - nullus*.
56. *dubito*, as, avi, atum, are, zweifeln.
57. *jure*, mit Recht, *jus*.
58. *num*, ob.
59. *compos*, ŏtis, theilhaftig, mächtig, *compotis*.
60. *mens*, tis, *f.* die Seelenkraft überhaupt, die Seele; *penetrat*.
61. *plane*, eben, deutlich, gänzlich.
62. *impos*, ŏtis, nicht theilhaftig, nicht mächtig, *in - potis*.
63. *pater*, tris, *m.* Vater, *nutriens*.
64. *mater*, tris, *f.* Mutter, *cum ardore amans*.
65. *catus*, a, um,

klug,

klug, vorsichtig, weise, *cautus caveo*, catus, i, Katze.

66. *Syllepsis*, eos, das Zusammenziehen, wenn ein Wort zum andern gezogen wird, zu dem es nicht gehört: v. g. Demosthĕnes cum ceteris erant expulsi.

67. *Chabrias*, ae, ein athieniensischer Philosoph, und berühmter Feldherr. *Hic dicere solebat: terribiliorem esse exercitum cervorum duce leone, quam leonum duce cervo.*

68. *clarus*, a, um, berühmt, helle, *vocatus, vocabantur enim athletae, qui clari erant, a praeconibus.*

69. *Dux*, ucis, *m.* Anführer, Feldherr; *viam ostendens.*

70. *Clesippus*, i, der ausgeartete Sohn des Chabrias.

71. *perditus*, a, um, verloren, verdorben. *per - do.*

72. *hinc*, von daraus, daher.

73. *sors*, tis, *f.* Loos, Schicksal, Weissagung, Kapital; *trahere, quia sors trahitur ex olla.*

74. *fortuna*, ae, *f.* Glück, ein unvermutheter Zufall, secunda, wenn er zu unserm Besten ist, sonst adversa, *quod vertitur.*

75. *scite*, weise, artig, geschickt, schicklich, *penetrare.*

76. *quisque*, aeque, odque, cujusque, cuique quemque, Jeder.

77. *Faber*, bri, *m.* ein Künstler, *findere.* jeder schmiedet sich sein eigenes Glück.

78. *dives*, ĭtis, ditior, ditissimus, reich, *quasi divus, qui, ut deus, nulla re indigere videtur.*

79. *ager*, agri, *m.* Acker, Feld, Gebiet einer Stadt.

80. *pecus*, ŏris, *n.* das Vieh zusammen; ein Stück Vieh pecus, ŭdis, *f.* wovon nur pecudes gewöhnlich, *quod petitur, seu tonditur.*

81. *nummus*, i, *m.* Münze, nummi, orum, Geld, besonders kleine Münze; *ppr. lex, quia vim legis habet.*

82. *egenus*, a, um,

dürftig,

dürftig, arm, *quasi exgens.*

83. *quum* idem ac cum da, als, wann.

84. *queo*, is, ivi, itum, ire, können; *penetro.*

85. *valeo*, es, ui, ere, vermögen, ausrichten, gesund seyn, abzielen, *agilis sum.*

86. *nudus*, a, um, bloß, nackend, verlassen, *non dutus.*

87. *vestis*, is, *f.* Kleid, *premit.*

88. *exul*, ŭlis, ein Vertriebener, Verbannter aus dem Vaterlande, *ex - solo.*

89. *extorris*, is, Vertrieben, Flüchtling, *ex terris — exul loco determinato exulat; extorris vagatur.*

90. *patria*, ae, *f.* Vaterland.

91. *expers*, tis, nicht theilhaftig, *ex - pars.*

92. *fama*, ae, *f.* das Gerücht, die Sage, der Ruf, auch der gute Namen.

93. *exsors*, tis, der nicht mitlooset, nicht theilhaftig, *ex - sors.*

94. *hereditas*, atis, *f.* Erbschaft, *herus.*

95. *consors*, tis, theilhaftig, *con - sors.*

96. *patrimonium*, ii, *n.* das väterliche Erbgut, *pater.*

97. *fio*, fit, factus sum, fieri, werden.

98. *pauper*, ĕris, arm, der nichts im Ueberfluße hat, *parviper*, egĕnus, muß von anderer Hilfe leben.

99. *attamen*, aber, doch, at - tamen.

100. *saepe*, saepius, saepissime, oft: *ppr. densum raro oppositam.*

101. *accidit*, es trägt sich zu, besonders etwas böses. *ad - cado.*

102. *premo*, is, pressi, pressum, mere, drücken, scharf nachsetzen, verbergen, unterdrücken, *rei inniti cum pondere.*

103. *instructus*, a, um, zusammengefüget, ausgerüstet; *in - struo.*

104. *doctrina*, ae, *f.* Gelehrsamkeit, auch zuweilen Unterweisung, *doceo.*

105. *facio*, is, ēci, factum, ere, machen, handeln, magni, hochschätzen, damnum, Schaden leiden: *in lucem profero.*

106. *dignitas*, atis, *f.* Würdigkeit, Würde, Verdienst, Ansehen, Ehre, *dignus.*
107. *debeo*, es, ui, ĭtum, ere, schuldig seyn, sollen, müssen, gebühren: debeo, was aus Pflicht geschieht; oportet, was bedingnißweise geschehen muß. necesse, was nicht anderst seyn kann. *ligatus.*
108. *nihilomĭnus*, nichts desto weniger, *nihilominus.*
109. *contentus*, a, um, zufrieden, vergnügt, *con - teneo.*
110. *fero*, fers, tŭli, latum, ferre, tragen, ertragen, gedulden legem, vortragen, vorschlagen.
111. *facilis*, e, facilior, facilissius, leicht, willfährig, geduldig, *facio*, was sich thun läßt.
112. *injuria*, ae, *f.* Unbild, Unrecht; *injus.*
113. *consŭlo*, is, ui, ultum, ere, zu Rathe ziehen, fragen; *aliquem*, sorgen für Jemand, *alicui*, überlegen, ohne Casus; aequi, boni consulere, zufrieden seyn, sich gefallen lassen.
114. *quisquis*, aeque, quidquid, wer immer, was immer.
115. *evenit*, es trägt sich zu, accidit, von bösen; contingit, von guten; evĕnit, von beyden. Dieser Unterschied wird von Classikern wenig beobachtet.
166. *talis*, e, solch, ein solcher, so beschaffen.
117. *beatus*, a, um, glücklich: *a græco βιος, vita, deinde quae ad vitam sustentandam spectant, bona, facultates victus.*

Caput IV.

1. T*estis*, is, *m.* Zeuge, *persona posita pro veritate asserti.*
2. *exemplum*, i, *n.* Beyspiel, Kopie, Abschrift; *ex simili.*
3. *opus*, indecl. vonnöthen; etwas anders, opus, ĕris.
4. *probo*, as, avi, atum, are, prüfen, billigen, beweisen.
5. *studium*, ii, *n.* Eifer, Trieb, Neigung.

6. *su-*

6. *superſedeo*, es, ſedi, ſeſſum, ere, einer Sache überhoben ſeyn, nicht nöthig haben, *ſuper - ſedeo.*
7. *prodūco*, is, xi, ctum, ere, hervorführen, an das Tageslicht bringen, verlängern, *pro - duco.*
8. *moleſtus*, a, um, beſchwerlich, überläſſig.
9. *audio*, is, ivi, itum, ire, hören, gehorchen; *ſonum percipio.*
10. *quidam*, aedam, oddam, ein gewiſſer, Jemand, einige.
11. *teſtor*, aris, atus ſum, ari, bezeugen, einen zum Zeugen anrufen, *aliquem*, ein Teſtament machen.
12. *Anchiſes*, ae, *m.* ein trojaniſcher Fürſt.
13. *Aenēas*, ae, *m.* trojaniſcher Fürſt.
14. *ſatus*, a, um, geſäet, gebohren, ein Sohn apud poet. *mota huc illuc manu ſpargere.*
15. *Plautus*, i, *m.* ein römiſcher Schauſpieldichter.
16. *Terentius*, ii, *m.* ein römiſcher Schauſpieldichter von Carthago gebürtig.
17. *Cajus*, ii, *m.* ein römiſcher Vorname.
NB. der Familienname heißt *nomen*, ſteht noch ein Name vor, heißt er *praenomen* Vorname; folgt ein dritter nach *cognomen*, Zuname; der vierte Name heißt *agnomen*, Beyname. v. g. Publius Cornelius Scipio africanus praenom nomen, cognom. agnom.
18. *quotquot*, wie viel immer.
19. *unquam*, jemal.
20. *vivo*, is, xi, ctum, ere, leben; cum aliquo, mit Jemanden Umgang pflegen.
21. *delius*, a, um, zur Inſel Delos gehörig.
22. *vates*, is, *m.*, *f.* Weiſſager, Dichter, Prophet; vates delius iſt der Apollo, weil er auf dieſer Inſel gebohren wurde.
23. *ſuffrāgor*, aris, gatus ſum, ari, begünſtigen, beyſtehen, empfehlen, befördern.
24. *Cicero*, onis, *m.* der berühmteſte römiſche Redner.

25. *appello*, as, avi, atum, are, nennen, anreden, mahnen, anrufen, appelliren: *appellare* von dem Beynamen, *nominare*, von dem Hauptnamen.

26. *princeps*, ipis, *m.* der erste Vornehmste, *qui prius capit*, der Uhrheber einer Sache; waren auch Soldaten des zweyten Treffens, *hastati*, *principes*, *triarii.*

27. *eloquentia*, ae, *f.* Beredsamkeit, *e - loquor.*

28. *juvo*, as, juvi, justum, are, unterstützen; *foveo te* helfen; me juvat, es ergötzet mich.

29. *Socrătes*, is, *m.* ein atheniensischer Weltweiser.

30. *oblecto*, as, avi, atum, are, ergötzen, *ob - lacio.*

31. *Philosophia*, ae, *f.* die Untersuchung der Wahrheit, *amor sapientiae.*

32. *Diogĕnes*, is, *m.* ein griechischer Geschichtschreiber mit dem Zuname *Laertius.*

33. *scribo*, is, psi, ptum, ere, schreiben, *excavare.*

34. *Philosŏphus*, i, *m.* ein Wahrheitsfreund, Wahrheitsforscher.

35. *Paris*, idis, *m.* trojanischer Prinz.

36. *Priămus*, i, *m.* König von Troja, zur Zeit ihrer zehnjährigen Belagerung.

37. *colo*, is, ui, ultum, ere, bauen, ehren, beobachten, abwarten, bewohnen.

38. *justitia*, ae, *f.* die Gerechtigkeit.

39. *dea*, ae, *f.* eine Göttinn.

40. *constituo*, is, ui, utum, ere, zusammstellen, in Ordnung bringen, beschliessen, *constatuo.*

41. *arbiter*, tri, *m.* ein Schiedsrichter, der nicht nach den Gesetzen, sondern nach der Billigkeit schlichtet. Auch ein Zuschauer, Zeuge, vor dem man sich scheuen muß.

42. *Sappho*, us, *f.* eine griechische Dichterinn.

43. *pango*, is, pepigi, pactum, ere, auch panxi, panctum, befestigen,

festigen, pflanzen, verfertigen.

44. *versus*, us, *m.* eine Furche, Zeile, Reihe, Vers, *verto.*

45. *Atlas*, antis, *m.* ein berühmter Sternkündiger, von dem die Alten dichteten, er wäre in einem Berg verwandelt worden, und trüge den Himmel.

46. *inventor*, oris, *m.* Erfinder.

47. *Astronomīa*, ae, *f.* die Sternkunde, Sternengesetz.

48. *Melampus*, ŏdis, *m.* ein berühmter Weissager und Arzt.

49. *praeclarus*, a, um, vortrefflich, *prae-clarus*, praeclarissimus.

50. *Medicus*, i, *m.* ein Arzt.

51. *intelligo*, is, exi, gere, verstehen, *inter dubia eligere.*

52. *avis*, is, *f.* Vogel, *spirans.*

53. *querēla*, ae, *f.* Klage, kläglliche Stimme.

54. *anĭmal*, ālis, *n.* ein belebtes Geschöpf, ein Thier.

55. *nosco*, is, novi, notum, ere, kennen lernen.

56. *vis*, is, *f.* Kraft, Menge, Bedeutung; *vires*, ium, die Kräfte, *nervus.*

57. *herba*, ae, *f.* Kraut, Gras, junge Saat; *fervens.*

58. *Amphīon*, onis, ein berühmter Tonkünstler.

59. *moveo*, es, movi, motum, ere, bewegen, erregen.

60. *saxum*, i, *n.* Fels, großer Stein. *quatiens.*

61. *chelys*, yos, *f.* Cyther, Laute, *testudo ob similitudinem formae.*

62. *vel*, oder; zweymal gesetzt, heißt es: entweder = oder; zuweilen auch theils, theils, so gar, auch sogar.

63. *chorda*, ae, *f.* eine Saite.

64. *Nervus*, i, *m.* Nerve, Sehne, Flechse, Saite.

65. *Orphĕus*, ei, eos, *m.* ein berühmter Dichter und Tonkünstler.

66. *inhibeo*, es, ui, itum, ere, hemmen, verhindern, einhalten, auch anwenden, *inhabeo.*

67. *cur-*

67. *cursus*, us, *m.* Lauf, *curro.*

68. *amnis*, is, *m.* ein Fluß, der sich schlängelt.

69. *lyra*, ae, *f.* Laute, Leyer, *identidem movere manu.*

70. *atque* statt atqui, allein, aber, aber doch, vid. cap. I. 102.

71. *tot*, so viel; *quot*, wie viel.

72. *tam*, so, wird nur zu Adjektiven und Adverbien gesetzet.

73. *damnosus*, a, um, schädlich.

74. *quatĕnus*, in wie fern; *qua parte tenus.*

75. *absum*, es, esse, weg seyn, entfernt seyn, *ab - sum.*

76. *vitium*, ii, *n.* Fehler überhaupt, *a vito, as.*

77. *perniciosus*, a, um, schädlich, verderblich, *pernicies*, *nex.*

78 *tellus*, ūris, *f.* die Erde, *extensum.*

79. *Gallia*, ae, *f.* Gallien; *quasi rubescens, uti incolae septentrionalium rubescere solent.*

80. *aptus*, a, um, zusammengefügt, passend, bequem.

81. *vitis*, is, *f.* Weinstock, Weinrebe, bey den Alten ein Hauptmannsstaab, er war biegsam, und gehörte für den Rücken der Soldaten; auch eine Schutzmaschine, sonst vinea genannt; *inflectere.*

82. *Anglia*, ae, *f.* Engelland; *sic dicta videtur, quia orbis nostri quasi angulus extremus est.*

83. *magis*, mehr, maxime, am meisten; *magis non temere pro plus usurpandum; illud enim ad comparationem, sequente particula quam, hoc ad numerum & magnitudinem refertur. Partic. Tursel.*

84. *idoneus*, a, um, tüchtig, bequem, tauglich, schicklich.

85. *far*, arris, *n.* jede Art von Getreid, *album ob colorem.*

86. *sterĭlis*, e, unfruchtbar, *durus.*

87. *fruges*, um, Feldfrüchte.

88. *fecundus*, a, um, fruchtbar; *in lucem edere.*

89. *aurum*, i, *n.* Gold, *splendens.*
90. *argentum*, i, *n.* Silber; *albus.*
91. *aes*, aeris, *n.* Metall, Erz, auch Geld.
92. *Cadmia*, ae, *f.* Galmey.
93. *tingo*, is, xi, nctum, ere, tauchen, eintauchen, färben.
94. *orichalcum*, i, *n.* oder aurichalcum, Messing.
95 *plumbum*, i, *n.* Bley
96 *succus*, i, *m.* Saft.
97. *fossilis*, e, was sich graben läßt, *fodio* succus fossilis, Bergsaft.
98. *mineralis*, e, mineralisch; *refertur inter vocabula barbara; ab germanico* Myne *receperunt Itali, Galli, Hispani.*
99. *alūmen*, inis, *n.* Alaun.
100. *argentum vivum* wird das Quecksilber genennt.
101. *nitrum*, i, *n.* Salpeter.
102. *metallum*, i, *n.* Metall.
103. *semimetallum*, i, *n.* Halbmetall.
104. *profero*, ers, tŭli, latum, erre, hervorbringen, bekannt machen, erweitern, aufschieben; *pro-fero.*
105. *umbrosus*, a, um, schattigt; *umbra.*
106. *fagus*, i, *f.* eine Buche; *cibus*; *olim vescebantur fagi glandibus.*
107. *arduus*, a, um, hoch, schwer zu erreichen, *elatus.*
108. *populus*, i, *f.* Pappelbaum; *multus ob multitudinem frondium*, populus, i, *m.* das Volk.
109. *gigno*, is, genui, genitum, ere, hervorbringen, gebähren.
110. *durus*, a, um, hart, unempfindlich, grausam, *ligneus.*
111. *acer*, ĕris, *n.* Ahornbaum; *pungens.*
112. *suber*, ĕris, *n. f.* Pantoffelbaum, Gorkbaum; *quod subit aquas.*
113. *suppedito*, as, avi, atum, are, vorhanden seyn; *sub pedes dare rem, ut promta sit.*

114. cor-

114. *cortex*, ĭcis, *m.* Rinde, Schaale; *quod deglubendum est.*

115. *subercus*, a, um, aus Pantoffelbaum, aus Gorkbaum.

116. *occludo*, is, si, sum, ere, zuschliessen, verschliessen; *ob-claudo.*

117. *ampulla*, ae, *f.* weite Flasche, Krug zum Oel, oder Essig; *ventrosum.*

118. *procērus*, a, um, lang, schlank, hoch aufgeschossen; *eminens.*

119. *quercus*, us, *f.* eine Eiche, *secare.*

120. *robur*, ŏris, *n.* Steineiche, die Stärke überhaupt, *nisus fortissimus.*

121. *ilex*, ĭcis, *f.* eine Steineiche, in so fern sie den Stürmen der Winde ausgesetzt ist, *agitatum a ventis.*

122. *celsus*, a, um, hoch erhaben, *motus in altum.*

